



**De vsu decem categoriarum, in simplici quaestione, per eas,
ducenda, kat'ekfrasin dialektike?n : paradeigma, seu,
Exemplum huius Deductionis, non personae, aut rei: sed
actionis, Coena Dominica**

<https://hdl.handle.net/1874/455653>

94
2
DEVS

DECEM CATEGORiarum, in simplici
quæstione, per eas, ducens

da, κατ' ἐκφρασιν ἀγα-
λεκτικῆς.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ,

seu,

Exemplum huius Deductio-
nis, non personæ, aut rei:
sed actionis,

Cœna Dominica.

AUCTORE

Valentino Erythræo,
Lindauensi.

ARGENTORATI APUD

Christianum Mylium.

1566.

THE
GREAT

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

ILLVSTRISSI-
MO PRINCIPI, AC
DOMINO, D. CHRISTOPHORO,
Duci Vvirtembergensi, ac Tec-
censi, Comiti Montispeligardi, &c.
Domino suo clementissimo,

VALENTINVS ERYTHRAEVS
S. P. D.



EST APVD PLA-
conem, grauissimum
sanè auctorem, Illu-
strissime, Christia-
nissimeq; Princeps, ac

Dux CHRISTOPHORE, difficili-
mum esse rei, de qua disquiritur, veram,
propriamq; definitionem inuenire. Idq;
restantur non modò Socratica apud eum
disputationes: sed etiam omnes, vno ore
literati homines confitentur. Nam ta-
metsi cuiusq; est, praestantissimum hoc e-
nunciationum genus, ab alijs confectum,
e. z. depre-

PRAEFATIO.

deprehendere, atq; obseruare: Dialecticorum item officium est: illud ipsum, quasi Penelopæ telam retexere: ut de eo acutius iudicare possint: tamen nouam definitionem rei inuolutæ constituere, quæ definita sit, atq; singularis: certa, non ambigua: dilucida, non obscura, per arduum esse, docet ipse vsus, & experientia. Etenim primùm veras propositi differentias cernere, propriasq; eius facultates animaduertere τῶν ἰστίων, eorum, quæ sua pte vi consistunt, sæpenumero multi laboris est. propterea quòd pleraq; reconditam naturam habent. Itaq; confugiendum est aliquando ad descriptiones: quæ vel à causis, vel ab adiunctis, vel aliunde ducuntur. Deinde quæ aliò referuntur: ea spinosas, horridasq; ferè habent expositiones. Horum enim non semper vera extant genera. Fundamenta item, quæ dicuntur, plerunq; carent suis proprijs nominibus. Itaq; difficilis est in his definitionum inuentio. Veruntamen inuesti-

gan-

PRAEFATIO.

ganda est *Propositi cuiusq; propria oratio: ut intelligatur, quid sit id, de quo dis- seritur. Frustra enim omnis tum suscipi- tur inquisitio, cum non constat de rei vi, atq; natura. Rectè igitur Dialectici præ- cipiunt, constituta quæstione, rei genus, proprietatemq; esse inuestigandam: ex quib. eluceat: quid sit illud, de quo dispu- tatur. Hoc enim inuento, finis ipsi con- trouersiae est impositus. Vnde, ut est apud Quintilianum, § 6, id est, finitio est ap- pellata. Ac ipse Plato, magno studio, in- quirat, quid sit lex. Aristoteles etiam oc- cupatus diu est, non solum in animæ, sed etiam in virtutis definitione constituen- da. Nam multa prius remouet aliena, atq; longinqua: quàm veniat ad ea, quæ propria sunt, atq; vicina. Quid Theologi, quàm sunt anxij, & solliciti, in contexen- dis difficilium rerum descriptionibus? Quanto enim labore, post scholasticorum, sophistarumq; logos, veras, ex verbo Dei erutas definitiones nostri inuenerūt? pec-*

PRAEFATIO.

cati originis, liberi arbitrij, iustificatio-
 nis, poenitentiae, fidei, Ecclesiae, Sacramen-
 torum, similiumq; rerum? Et quanquam
 verae extant apud nostros, qui sequuntur
 formulam Augustanae confessionis Prin-
 cipum, harum descriptiones: tamen ple-
 rasq; oppugnant Sacramentarij: quorum
 extant partim falsa, partim ambigua,
 atq; obscura definitiones. Ac ne quid à
 sanctae memoriae viro D. Martino Lu-
 thero, ultimo Elia mundi, veroq; Ger-
 maniae Propheta, atq; Euangelista, acce-
 pisse videantur isti αὐτοδίδακτοι scili-
 cet: de industria vitant, non solum Au-
 gustanae confessionis verba, & loquendi
 formas, vsitatas in nostris Ecclesijs: sed
 etiam res, atq; sententias: quae tamen ex
 sacris fontibus diuinarum literarum de-
 manarunt. Etenim, ut vnum, atq; alte-
 rum adferam exemplum: ad hunc modum
 Ἀπολογία τῆς ἐξομολογήσεως τῆς ἡμετέ-
 ρης, definit κατὰ συμπλοκὴν, τὴν δικαιο-
 ποιῆσθαι πίσιν, ex natura τῆς προσοπ. Eie
 des

PRAEFATIO.

des, est non tantum notitia historia: sed etiam, qua assentimur promissioni Dei: in qua gratis, propter Christum, offertur remissio peccatorum, & iustificatio: quam accipimus fiducia Filij Dei, & hac in eo acquiescimus. Vel, in qua promissione, Deus pollicetur: se nobis propitium fore, propter Christum. Et est, velle, & accipere oblatam promissionem remissionis peccatorum, & iustificationem. Complectitur enim haec fides: primum notitiam historia: deinde fiduciam assentientem promissioni: ad quam historia referenda est. quarum illa, est in intellectu: haec in voluntate: quae vult, & accipit beneficium oblatum. Atque haec $\chi\theta\epsilon\alpha\phi\eta$ non solum est Theologicè, verum etiam artificiosè confecta. Vt enim fides tria habet tanquam fundamenta: omnem scripturam diuinitus inspiratam: omnes articulos Christianae doctrinae: & in his promissionem Dei, seu gratuitam eius misericordiam, oblatam in Evangelio, pro-

PRÆFATIO.

propter Christum: huius propitiatoris, & me-
 diatoris merita, quæ sunt pretium, seu
 λύτρον τέτεσι σῶσρον, atq; propitiatio-
 nem certam pro peccatis nostris (nā quo-
 ties de fide iustificante loquimur: toties
 hæc obiecta, seu προεξλεκτικὰ αἵτια, con-
 currere oportet) ita tres sunt eius veluti
 termini: ἡ γνώσις τῆς ἰστορίας τῶν θεῶν
 πραγμάτων, ἡ συναλάθεσις, καὶ ἡ πε-
 ποίθησις, ἡ γουω ἡ πληροφρογία, hoc est,
 cognitio historiae de rebus diuinis, de na-
 tura, & voluntate Dei: firma assensio, &
 fiducia certa, acquiescens in Christo, no-
 stro seruatore. Hanc descriptionem
 defensio confessionis, non explicat modò,
 atq; illustrat: sed confirmat etiam, atque
 demonstrat locupletissimis testimonijs,
 Prophetarum, Psalmorum, ac Pauli A-
 postoli: quemadmodum ostendimus in no-
 stris schematismis. Est ἡ planè eadem cū
 illa, quæ traditur ad Hebræos: πίστις ἐστὶ
 ὑπόστασις τῶν ἐλπιζομένων, ἔλεγχος οὐ
 βλεπομένων. Nam historiae notitiam, in
 qua

PRAEFATIO.

qua continentur etiam τὰ ἐπιζόμενα, καὶ ἡ βλεπέμενα, necessario sequi oportet ὑπόθεσιν, ἔλεγχον, seu certam fiduciam, ἔ firmum assensum, ἀνευδοκίαν, seu συγκυλίαν, seu ἀληθοφροσίαν. Eadem habet illa definitio fundamēta, quae nostra. Nam ad τὰ ἡ βλεπέμενα, quae sensibus, rationisq; humanae iudicio subiecta non sunt, pertinet Deus, eiusq; verbum, ἔ in hoc, omnes articuli fidei: misericordia Dei gratuita, promissa in Christo, ἔ propter Christum: quae non, nisi fide, accipi, ἔ applicari nobis potest: merita Christi, ἔ propitiatio, pro peccatis nostris. Τὰ ἐπιζόμενα sunt, quae reconciliationem consequuntur. ut est, inter alia, liberatio ex hoc mortali corpore: resurrectio nostri corporis: ἔ vitae aeternae, caelestisq; hereditatis possessio, ἔ perfecta perfructio. Sacramentarij aliter depingunt suam fidem: ne aliquid nobiscum commune, quod peruulgatum sit, ipsis esse videatur. Quidam his ampullis adumbrat:

PRAEFATIO.

*brat. Fides, inquit, est donum Dei, homi-
ni caelitus infusum, quo edoctus, indubi-
zata persuasionem in Deum, & verbum e-
ius nititur: per quod, à Deo, in Christo,
vita, omneq; bonum gratis promittitur:
omnisq; veritas credendo exponitur.*

*Quam haec definitio sit ab ovo, q; aiunt,
repetita: quàm sit artificiose confecta:
quàmq; perspicua sit: nolo nunc rigidius
examinare. Alij sic eam depingunt: Fi-
des est rerum diuinarum persuasio, qua-
rum cognitioni ita incumbere debemus:
propter oraculorum fidem: vt non minus
ea cernere animo credamus: quàm oculis
res sensu perceptas, & aspectabiles cerni-
mus. Et, Fides est firma conscientiae cer-
titudine, qua Christum amplectitur: qualis
nobis per Euangelium offertur. Item,
Est firma animi persuasio, qua nobiscum
statuimus, tam certam esse Dei veritatem:
vt non possit non prestare, quod se
facturum sancto suo verbo recepit. Item,
Est donum diuinitus infusum menti ho-
minis:*

PRAEFATIO,

minis: qua citra hæsitantiam, credis esse
 verissima, quæcumq; nobis Deus, per v-
 triusq; Testamenti volumina, tradidit,
 atq; promisit. Hæc, etsi veri sint: tamen
 non sunt rectè definiendo confecta: perti-
 nentq; magis ad generalem fidem: quàm
 ad eam, qua coràm Deo iustificamur. Ac
 mirari satis non possum: quid sit, quam-
 obrem cum Zuinghiani, & Calvinistæ
 hæc legunt, impudenter negent, Christi
 corpus, & sanguinem, præsentia esse in
 cæna, & manducari, atq; bibi, intraq; nos
 sumi, ore corporeo: iuxta illud, Hoc est
 corpus meum: Hoc est sanguis me-
 us, nempe, quod accipitis, editis, & bibi-
 tis. Nam si firma animi persuasione sta-
 tuendum est: Deum præstare posse, quod
 se facturû sancto suo verbo recepit: Chri-
 stus autem clarè promittit, se suum cor-
 pus, & sanguinem dare suis discipulis:
 inter quos & traditor fuit, ad comeden-
 dum, & bibendum: profecto statuere se-
 cum debent Dipnosophistæ: tam certam
 illam

PRAEFATIO.

illam esse Dei veritatem: ut non possit non præstare: quod se facturum, in Cæna, sancto suo verbo recepit. Certè hanc aper-
tissimam promissionem, nullis tropis, etsi conati sunt illud facere, sed frustra, tol-
lent Sacramentarij. Nos sic istorum tro-
pos euertimus, in nostra confessione: & τὸ
πρῆτον esse defendimus Καφῆς, ἀναμψί-
βολον, & ἀνευδοκίαν: ut eos erigere, sta-
bilitateq; nunquam posse videantur. Sunt
qui fidem portentosius definiant. Eam
enim esse aiunt, habitum actuosum, in-
imitabilem, omniaq; potentem: quæ, regio
more, longas manus habeat. Cùm enim
isti Christum relegent in vltimum quod-
dam cælum, à terris immensa distantia
remotum: ac proinde absentem à pane, &
vino Cænae Dominicæ esse contendant:
plus suæ speculationi, quàm Christo tri-
buunt: ne omnino nihil cœnantibus reli-
quum facere, præter inania symbola, vi-
deantur. Itaq; fide, quæ extra nos tran-
seat in cælum illud commentitium, Chri-
stum

PRAEFATIO.

stum amplecti, eoq; se frui comminiscun-
 tur, ac somniant. Etsi autem fides suum
 terminum, Notitiam scilicet, in qualita-
 te latentem habeat: tamen non est qua-
 litas. Itaq; nec habitum eam esse dice-
 mus. Quòd garrunt, fidem esse actuosam,
 controuersia caret. Quid per ἀμίμητον
 intelligant, nondum assequor: nisi quòd
 fortè arbitrantur, eam esse fidei suæ fa-
 cultatem, atque ἐνέργειαν: quam nul-
 la animi habitudines aliæ possint imita-
 ri. Fatendum illud quoq; est. Quòd longas
 manus ei tribuunt: ut sit ἐκσελική, καὶ
 ἕξωβαλική: falsum, & ridiculum est. O-
 mnia fidem posse: non est simpliciter asse-
 uerandum. Est enim apud Marcū, τὸ εἰ
 δυνάσκει πιστεῦσαι: πάντα δυνατὰ τῷ πι-
 στωῦν. Illud si potes credere: omnia pos-
 sibilia sunt credēti. Vult Christus, ut pa-
 ter filij, ἔχοντες πάντα ἅλαλον, cre-
 dat, se omnia posse, & Filio posse subue-
 nire: & succurrere posse illius incredu-
 litati. Id quod ἀπὸ λαγχνιδεῖς Dominus
 cle-

PRAEFATIO.

*clémenter fecit. Sed sibi fidem adhiberi vō-
 luit. Eam autē verbo suo, & promissioni
 auxiliij, & reconciliationis alligavit. Om-
 nia ergo potest fide quisq; consequi:
 quae nobis Christus promisit. Atqui nihil
 in biblijs legimus de fide, longis manibus
 praedita: qua ascendendum sit ad caelum
 Zuvinglianorum. Itaq; ἀρεαφθ est
 hae fidei, imò portentosa definitio. Reti-
 neamus igitur illam: quam deo dō aucto-
 ritate Theologi, in Augustanae confessionis A-
 pologia, fidei definitionem, ex diuinis o-
 raculis, magno labore erutam, non ex ce-
 rebro humane rationis peritam, tradide-
 runt. Quod si istorum fides omnia potest:
 Christus non omnia potest (non enim po-
 test esse praesens, vt Zuvingliani docent,
 in manducatione panis, & haustu vini)
 quā fit: quòd illud non possit istorum fi-
 des capere, atq; statuere, verum esse, &
 possibile esse: quòd Christus de pane, &
 calice dixit? Nam si huic, vt debebant,
 verbo assentirentur: non quaerent, per
 Tre-*

PRAEFATIO.

Tropos effugia : sed asseueranti Christo
 gloriam veritatis, & omnipotentiae tri-
 buerent : non arroganter sibi sumerent,
 quae non habent : & quae daturum se Chri-
 stus nusquam promisit. ut, scilicet, ascen-
 dat & exeat *ἐξ ἡμῶν* isti, supra omnes sphaeras
 caelestes, in caelum quoddam, in quo Chri-
 stus homo stet, vel currat. Alij, hac sua
 fide, ius in corpore Christi, sibi applicari
 contendunt, in caena. Idq̄, manducare, &
 bibere, esse dicunt : in societatem, atq; pos-
 sessionem totius Christi, eiusq; bonorum
 venire. Nam ad hunc modum, ludunt vo-
 cabulo *κοινωνίας*. Quod si verum est : non
 fuit opus praesente pane, & vino : quae duo
 ipsi potuissent eadem fide longè compen-
 diosius, sibi praesentare : vel saltem ijs re-
 bus communicare : seu ius, & possessionē
 earum sibi vendicare. Sed quod *κοινωνία*,
 apud Paulum, significet, non societate-
 tem, vel ius : sed distributionem, & sum-
 pptionem, verba institutionis Christi clare
 demonstrant. Dedit, inquit, Accipite :
 iam

PRÆFATIO.

Iam verò, quàm difficile fuit Luthero nostro, veram cœnæ Dominicæ definitionem inuestigare? in tanta opinionum, errorũ, & superstitionum varietate? in tam multiplici abusu, & prophanatione, huius sacrosancti epuli? Postquam enim Missa Papistica fuit, in Ecclesiã, à Diabolo, introducta: existimabant omnes, in ista captiuitate Babylonica, eam esse opus, non solum quòd mereretur remissionem peccatorum missificanti, & astanti: idq̃, vt loquebantur Sophistæ, ex opere operato: sed etiam credebant, Missam esse iuge sacrificium, quod pro viuis, & mortuis oblatum, antidotũ veluti esset superstitibus, aduersus omnes casus humanos, ignem purgatorium animabus defunctorũ. Ad refutandos istos teterrimos errores, quasi Hercule fuit opus altero: qui stabulum sordium humanarum, & traditionum pontificiarum expurgaret, diuini verbi oraculis. Itaq̃ Christo duce, Lutherus monstrauit ostẽso, & sublato cœnæ abusu, verum

PRAEFATIO.

verum huius Sacramenti usum, veramque eius vim, atque naturam demonstravit. Definitionem eius, ex minori Catechesi, recitabo: quae vera, et perfecta est: derivata ex verbis institutionis, hoc est, proprijs fontibus. Sacramentum enim inquit, altaris, est verum corpus, et verus sanguis Domini nostri Iesu Christi, sub pane, et vino nobis Christianis, ad manducandum, & bibendum, ab ipso Christo institutum. Ο δὲ ἔπειτα ὁ κυριακὸς, ἢ Διακυσία, καὶ σῶμα, ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ οὐσιωδῶς ἀληθές, ἔτὸ αἷμα ἀληθές τοῦ κυρίου ἡμῶν τῷ Ἰησοῦ χριστῷ, ἡμῖν τῆς χριστιανοῖς, ἐν τῷ ἄρτῳ, καὶ τῷ οἴνῳ, πρὸς ἐδίειν τε, ἔτὸ πίνειν, παρὰ τῷ χριστῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν τεταγμένον. Retinet eandem in altero maiore Catechetico libro. Cuius verba sunt: Sacramentum altaris (caena Dominica) est verum corpus, et verus sanguis Domini nostri Iesu Christi, sub pane, et vino, nobis Christianis, ad edendum, & bibendum, ab ipso

PRAEFATIO.

Christo Domino institutum. τὸ δεῖπνον
 τὸ κυριακὸν ἀσχεκῶς, καὶ τὰ ὄντα, τὸ σῶμα
 ἐστὶ, καὶ τὸ αἷμα τῆς ἰησοῦ χριστοῦ, τῆς κυ-
 ρίου ἡμῶν, ἐν τῷ ἄρτῳ, καὶ τῷ οἴνῳ, ὑπὸ
 αὐτῆς τῆς χριστοῦ Διαθήκης: ἵνα ἡμεῖς χρι-
 στιανοὶ ὄντες, Φάγωμεν, καὶ πῖνωμεν.

Hanc definitionem, quæ est τῶν πρὸς
 π, sumptam esse constat ex historia insti-
 tutionis cœnæ: quæ recitatur vno quasi
 ore, à tribus Evangelistis: & repetitur
 summo consensu, à Paulo Apostolo. Eam
 inuenit in Christi verbo, sanctæ memoria
 vir Lutherus. Iuxta illud, ἐξ ὧν ἀτε τὰς
 χεφάς. Itaq, non difficile fuit mihi, hoc
 in libro: confectam à viro Dei, constituere
 cœnæ definitionem: cuius monstrata mihi
 ab eo fuit origo, ἢ τῆς δεῖπνος τὸ κυρια-
 κῶν Διαθήκη. Quæ causa est: vt eam non
 tam inuenerim, quàm illustrârim, & de-
 monstrârim. Apud Sacramentarios, nul-
 lam, quæ vera sit, aut propria, hæcenus
 potui reperire. Quascunq, enim tradunt:
 eæ aut sunt falsæ, aut imperfectæ, aut am-
 biguæ.

PRAEFATIO.

bigue. Exemplum unum proferam, ex multis. Quidam sic definit Cœnam Dominicam: Est vera communicatio corporis, & sanguinis Christi: quæ nobis pane & calice Domini exhibetur. Hac multis modis vitiosa est explicatio. Primum enim, genus ambiguum est callidè positum. Nam si per *κοινωνίαν*, intelligit auctor ille distributionem: fœdam admittit ἀδολεσχίαν: dum inquit, quæ communicatio, hoc est, dispensatio, seu exhibitio, nobis exhibetur. Sin, quemadmodum apparet, intelligit per *κοινωνίαν*, ius, quod habemus in corpore, & sanguine Christi: falsum genus cōstituit: & manifestus est Sacramentarius, atq; Cœnonista. Itaque captiose huic generi ambiguo, aut falso, adiecit particulam *VERE*: ut ne quis simplicior, fraudem, ac sophisticen deprehenderet. Hac enim utitur ἀντιδιαστολή, discriminationis causa: ut spiritusalem suam, quæ fit illa fide, de qua supra diximus, seu cogitatione, hoc est, planè

PRAEFATIO.

σὰρξ καὶ αἷμα, carnalem, à Sacramentali mē-
 dicatione, & potu, qui corporalis est (ore
 enim perficitur) distinguat. Quare ca-
 ueant sibi καὶ ἡμεῖς, ab illa insidiosa
 descriptione: & corrigant eam ad hunc
 modum: Cœna Christi est vera communi-
 catio, seu sumptio, corporis, & sanguinis
 Christi: quæ duo nobis pane, & vino ex-
 hibentur. Ac ne quis fortè Zuinglianus
 rimam quampiam inueniat: addenda est
 σὺν τῷ ἡρώδῃ Δ. & Πορὰ, à Christo ex-
 pressa, & mandata, videlicet, ad come-
 dendum, & bibendum: quod fit ore cor-
 poris. Alioqui enim hic patebunt effu-
 gia. propterea, quòd aut tribuet sum-
 ptionem fidei: aut ἀλλωρυσίαν NOBIS
 sic interpretabitur: vt intelligat Cre-
 dentes. Atqui Paulus Apostolus non de-
 finit, ad istum modum, cœnam Domini-
 cam: sed eius duntaxat victum, & potum
 explicat seorsim. Panis, inquit, quē fran-
 gimus, est communicatio, seu exhibitio,
 & sumptio corporis Christi: Poculū τῆς
 εὐλα

PRAEFATIO.

εὐλογίας, cui benedicimus, est κενωσία,
 seu dósis, & λήψις, sanguinis Christi.
 Non enim definit rem propositam, seu cœ-
 nam, quæ actio est: sed causas eius, sine
 quibus nō fit cœna, seu exhibitio, & sum-
 ptio: quæ sunt ὀργανικά. Panis enim, &
 calix, sunt veluti instrumenta, & media,
 non solum dispensationis cœnandarū re-
 rum: sed etiam earum sumptionis, quæ fit
 esu, & potu. Quantò rectius, καὶ ὀρθοδόξως
 τρεῖς, Martinus Bucerus honorificæ me-
 morie vir, in Catechismo Ecclesie, &
 Scholæ nostræ Argentinensis sentit, &
 loquitur: dum scribit, Alterum est, quod
 discimus, ex verbis institutionis, ut cre-
 damus, neq; dubitemus, Dominum nostrū
 Iesum Christum, dare nobis, per hoc Sa-
 cramentum, verum suum corpus, & san-
 guinem. Ac ne quis putet, ambiguitate
 eum quadam ludere, & intelligendū hoc
 esse de iure, in Christi corpore, & sangui-
 ne: quod communicetur nobis tantū per
 fidem: sicut gratuitam remissionem pec-

PRAEFATIO.

catorum, non nisi fide, consequimur: ideo non solum subiecit, nos Christi corpus, & sanguinem **INTRA** nos habere: ut nos in ipso maneamus, & ipse in nobis (quamuis ab interprete Latino, non rectè hæc appendicula sit prætermissa) verum etiam cælum, non Zuinglianorum, & commentitium, sed verum, sic describit, eodem in loco. Nam cælum, inquit, in quo dominatur, & gubernat Dominus noster Iesus Christus, sedens ad dexteram Patris, nihil aliud est: quàm diuina gloria, potentia, & maiestas: quæ nulli certo loco est alligata: in qua quidem **MAIESTATE**, apud nos **MANET**, ad consummationem vsq; seculi: seq; nobis verè credit, per Sacramenta: non humano quidem, aut carnali modo (nec enim amplius est in hoc mundo) sed reuera, se nobis præbet, verū & salutare cibum, & alimoniam, in perpetuam vitam: sicut nobis promisit. Eodam in loco *ωραπαυσιών*, explicat quid sit, esse in mundo: quemadmodum nos sumus,

PRAEFATIO.

mus. Est, inquit, subiectum esse huic mortali, & miseræ vitæ: cui Dominus noster Iesus Christus, ut pro peccatis nostris satisfaceret, seipsum, quò ad ærumnas attinet, subiecit: quam deinde vitam, cum in cælos ascenderet, deposuit, & reliquit.

Sed ut eò, vnde digressus sum, redeã: consentiunt cum hac Lutheri definitione, primùm confessio Augustana, cum eius Apologia. His enim verbis docimus Articulus, in prima editione positus est: De cœna Domini docent: quod corpus & sanguis Christi verè ADSINT, & DISTRIBUTANTUR VESCENTIBVS in cœna Domini: & improbant secus docētes. Et in postrema, De cœna Domini, docent: quòd cum pane, & vino, verè exhibeantur corpus, & sanguis Christi VESCENTIBVS in cœna Domini: & improbant secus docentes. Apologia defendit, hanc sententiam, non solum esse VETERIS Ecclesiæ: sed etiam habere testimonia scripturæ: quòd in cœna Do-

PRAEFATIO.

mini VERE, & SUBSTANTIALI-
 TER (ἀρετικῶς, καὶ τῶ ὄντι, & ἁγιωδῶς)
 ADSINT corpus, & sanguis Christi: &
 verè EXHIBEANTVR, cùm illis rebus,
 quæ videntur, pane, & vino, his qui Sa-
 cramentum accipiunt. Eadem senten-
 tia constanter repetitur à Philippo Me-
 lanthone, in Confessione Saxonicarum
 Ecclesiarum, oblata conciliabulo Tri-
 dentino, anno 1551. Docentur, inquit
 Melanthon, homines: Sacramenta esse a-
 ctiones diuinitus institutas: & EXTRA
 vsu institutum res ipsas non habere ra-
 tionem Sacramenti: sed in vsu instituto,
 in hac communionem, VERE, & SUB-
 STANTIALITER ADESSE:
 & verè EXHIBERI sumentibus cor-
 pus, & sanguinem Christi: Christum esse a-
 ri, quòd sit in eis, & quòd faciat eos sibi
 membra: & quòd abluerit eos sanguine
 suo. Deinde pari orationis perspicuitate,
 & verborum, sententiarumq; claritate,
 idem caput expositum est, in ea confes-
 sio-
 ne,

PRAEFATIO.

ne, quae nomine Ecclesiarum ditionum
 T. C. Christophore DVX ILLUSTRIS-
 SIME, eidem Synodo, illo tempore, mis-
 sa, & proposita C. T. mandatu fuit: De
 substantia Eucharistiae, sentimus, & do-
 cemus: quòd verum corpus Christi, & ve-
 rus sanguis eius, in Eucharistia distri-
 buatur. Et refutamus eos: qui dicunt, pa-
 nem, & vinum Eucharistiae, esse tantum
 absentis corporis, & sanguinis Christi si-
 gna. Hanc veram sententiã T. C. Theo-
 logi primarij, reuerendi, clarissimiq; viri,
 D. IOANNES BRENTIVS, D. VA-
 LENTINVS VANNIVS, & Doctor IA-
 COBVS ANDREAE, explicauerunt,
 atq; defenderunt, verè, & Theologicè, nõ
 solum aduersus Pontificios, Hosium, A-
 sotum, Staphylum, & similes: verum etiã
 contra Zuinglianos, & alios fanaticos,
 in ista vicinia, homines. Consentit cum ea
 Concordia illa formula, quae inter Luthe-
 rum, & superioris Germaniae quosdam
 Theologos fuit constituta, anno 36. Eu-
 β 5 chari-

PRÆFATIO.

charistiam enim fatentur, cōstare, iuxta
 Irenæum, duabus rebus: Terrena, atque
 Cœlesti: in qua CVM panæ, & vino, V E-
 RE, & S V B S T A N T I A L I T E R ad-
 sunt, exhibentur, & sumuntur corpus, &
 sanguis Christi. Et quanquam negant,
 fieri transsubstantiationem: nec sentiunt
 localem inclusionem in pane, aut durabi-
 lem aliquam coniunctionem, extra vsum
 Sacramenti: tamen concedunt, Sacramen-
 tali VNIONE, Sacramentum esse corpus
 Christi. Nam extra vsum, cum asserua-
 tur in pixide, aut ostenditur in processio-
 nibus, vt fit à Papistis, sentiunt nō adesse
 corpus Christi. Deinde hanc institutio-
 nem Sacramenti, sentiunt valere in Ec-
 clesia: nec pendere à dignitate ministri,
 aut sumentis. Itaq; sentiunt, porrigi verè
 corpus Christi, & sanguinem etiam indi-
 gnis: & indignos sumere: vbi seruantur
 verba, & institutio Christi. Sed ta-
 les sumunt ad iudicium, quia abutuntur
 Sacramento: cum sine pœnitentia, & fide

PRAEFATIO.

eo utuntur. Repetita eadem doctrina fuit Smalcaldiae, anno insequenti, in celeberrimo, clarissimorum Germaniae Theologorum, conuentu. Articulus est iste: DE Sacramento altaris, sentimus: panem, & vinum, in caena, esse verum corpus, & sanguinem Christi: & sentimus, haec porrigi, & accipi, non tantum à bonis: verum etiam à malis Christianis. Profitetur idem formula, quam Philippus Melanthon, Martinus Bucerus, & Ioan. Pistorius Electori Palatino Frederico, & Granuellano Ratisbonae postea exhibuerunt. Sic enim ibi scribunt: Christus inquit: Accipite, manducate: hoc est corpus meum. Bibite, hic est sanguis meus. Ideo fatemur, & docemus: in caena Domini, CUM pane, & vino VERE, & realiter corpus, & sanguinem Domini adesse, & exhiberi sumentibus. Sic & Paulus inquit: Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Improbamus igitur eos: qui non
 confi-

PRAEFATIO.

confitentur veram praesentiam corporis,
 & sanguinis Domini. Et tenemus, quod
 docet Euangelium: & quod confitentur
 Sancti Patres: ut Hilarius inquit, Do-
 mini professione, & fide nostra, verè caro
 est, & verè sanguis. Et haec accepta, &
 hausta, faciunt: ut Christus in nobis, &
 nos in Christo simus. Et Chrysostronus,
 Singulis fidelibus Christus, per hoc my-
 sterium, se coniungit: & admiranda my-
 steria nobis data sunt: ut simus membra
 ex carne, & ex ossibus eius. Cum igitur
 exhibentur corpus, & sanguis Christi,
 ADEST Christus, & est efficax in no-
 bis. Haec nostra confessio satis testatur,
 nos retinere veram, & Catholicam sen-
 tentiam, traditam in Euangelio, & an-
 tiquis Patribus.

Nimis prolixus sum, Illustriss. Prin-
 ceptis, in his citandis Confessionum, expli-
 cationumq; formulis. Sed peto abs tua
 clementia veniam, Haec enim oratio per-
 tinet, non ad Tuam Celsitudinem: cui do-
 Arina

P R A E F A T I O .

Trina Ecclesiarum, quæ confessionē Au-
gustanam sequuntur, ita cognita est: ut
nihil, quod controuersum antehac fuit, &
adhuc est, inter partes, tuam fugiat in-
telligentiam. Sed ista hic recitare volui,
propter rudiores, & ignaros certaminum
temporum superiorum: ut nō modò quasi
in conspectu haberent piū consensum ve-
ræ doctrinæ, de cæna Domini, & eorum,
qui docuerunt, & adhuc docent, in Ec-
clesijs benè constitutis: sed etiam, ut vi-
derent, ex verbi Dei fontibus, cænae Do-
minicæ definitiones, & de eadem, confes-
siones, articulosq; esse deriuatos. Simile
quid ego in hoc libro facere conatus sum.
Nam cum mihi Dialecticæ partitiones
D. Ioannis Sturmij nostri, explicandæ
essent: vsus sum, in illustrandis eius artis
præceptis, cum aliarum disciplinarum e-
xemplis: tum etiam rerum Theologica-
rum. Itaq; ut auditores mei, Catechetica
doctrinæ adiungerent pleniorē contro-
uersiæ, de cæna Domini, cognitionem: de-
duxi

PRAEFATIO.

duxi (κατ' ἐκφρασον) omnem illam causam, per decem rerum summa capita. Quae differendi rationis pars, etsi σοφιστικὴ est: quae tradit artis illius pulcherrimae, & utilissimae tanquam elementa: definiendi tamen, & partiendi viam, atq; modum aperit. Itaq; monstravi adolescentibus usum, praecipuè ὁμοιωτικόν. Nam cum alia, quae in hoc Eucharistico negotio, utiliter possunt considerari, definiendo explicavit: tum coenae Dominicae veram, & propriam constitui, ex eius institutionis historia: quae extat apud tres Evangelistas, & Apostolum Paulum, descriptionem. Etsi enim, sexto capite Ioannis, Christus, occasione sumpta à miraculo, alludit ad eam, verbis manducandi, bibendi, panis, corporis, & sanguinis sui (non enim meminit vini, aut calicis) tamen nequaquam ibi, vel instituitur, vel differitur à Christo, de illo Sacramento: quod anno vno post, à Domino, cum suis discipulis celebratum fuit. Petēda igitur
 inde

P R A E F A T I O .

inde est tantum vis, atq; natura cœnæ Do-
 minicæ: vnde suam illa duxit originem.
 Eius inuestigavi dialecticorū more, pro-
 ximum genus, ostendi veras differentias
 εἰδοποιῆς, συζητικῆς, ἔσμπληρωτικῆς:
 proprietatem etiam, singularemq; illius
 naturam inquisivi: ex quibus confecta est
 definitio. Hanc Διαλύσις, ἢ Διαπίπτεις,
 καὶ ἐξ ἀπώσεως Dialectica, quæ fieri solet,
 κατὰ τὴν ἐξ ὀρθῆς ἐξηγήσειν, tradidi: ad e-
 amq; rationem adhibui multiplicem διαί-
 ρεσιν: alicubi etiam σωθεσιν, ἔσ ἀπόδοψ-
 ξιν: vt studiosi haberent, in hac Theolo-
 gica causa, quædam etiam illustra me-
 thodorum exempla. Nec præterij vsum
 categoriarū συλλογιστικόν: qui positus
 est in argumentando, ἐν τῷ καὶ σκεδάσειν,
 καὶ ἀνασκεδάσειν, in confirmando, ἔσ re-
 fellendo. Itaq; πρὸς βληματικῶν χρεῖαν,
 secutus, in ea re, Quintilianum, demon-
 stravi. Is enim autor circa hæc elementa
 versari scribit omnem questionem. ex his
 enim omnibus, prima quatuor, inquit, ad
 sta-

PRÆFATIO.

status pertinent. Cætera ad quosdam locos argumentorum referri posse videntur. Quantum igitur hæc particula disputandi scientiæ, utilitatis adferat ad inueniendum, perspicuum est. Certè, nisi, in hac causa, hæc secutus fuisset artis tanquam vestigia: non potuisset plus minus, quam trecenta, in hac controuersia, problema-
ta, atq; proposita inuenire. Harum questionum, quas probem, quas improbem: quibus legendo facile deprehendet. Sed de meo hoc tumultuario labore, & scriptio-
ne præproperea, iudicium permitto hominibus literatis. Vnum est, quod mihi molestiam omnem leniit: quod causam ipsam non displicere animaduerti clarissimis Theologis, Augustanæ confessionis propugnatoribus. Sua enim, graui censura reuerendus vir, dominus D. Iacobus Andrea, clarissimum lumen, non solum tuæ celeberrimæ Academiæ Tubingensis, sed etiam totius veræ Ecclesiæ Christi, non omnino inutilem operam me sumpsisse iudicatur.

PRAEFATIO.

dicavit. Cui viro, propter eius, in me, officia, multum me debere confiteor. Ioan. Marbachius Doctor, & μωσχογωγός ὁ ἡμέτερος, eiusq; collega, Pastores omnes, suis calculis, eandem scriptionem comprobant. Ego sanè quæsiui nihil aliud: quàm veritatis illustrationem, & studiosorum privatam, atq; publicam utilitatem. Ac scriptum illud, tuæ sapientiæ, Christophore Dux inclyte, summito: subijcio etiã omnium Ecclesiarum T. C. & aliarum, quæ illis verè coniunctæ sunt, iudicio. Has enim ex animo veneror: facioq; quod debeo, plurimi. Christus misereatur eorum cœtum: in quibus dominantur fanatici, & sectarij: qui non Christi, & Ecclesiæ eius: sed suam quærunt gloriam, atq; compendiũ. Quòd autem librũ hunc meũ sub C. T. illustrissimo nomine apparere, et diuulgare, καὶ σοὶ Θεοῦ ἑσθλῶ, καὶ ἰδιογυμνασίῳ ἡγεμόνι, καὶ ἀρχιεπιστοπῶν ἐν, cõstitui: causæ sunt multæ, atq; magnæ. Nã etsi ea sum verecũdia: vt

PRAEFATIO.

impudentiæ, aut etiam temeritatis cuiusdam esse fatear: interpellare, his meis scholasticis exercitationibus, tantū principem: plurimis, maximisq; Ecclesiæ, & Reip. negotijs occupatissimum: tamen, ut auderem talem patronum quærere: qualem hic liber requirit: & qualem semper meis laboribus optavi posse contingere: permagni virj mihi autores, suasoresq; exiiterunt. Inter quos, primum locum tenet, nobilitate generis, consilio, atq; prudentia, eruditione, & virtute excellentissimus, D. Doctor LUDOVICVS GREMPIVS tuus, & noster. qui eas laudes Celsitudini tuæ tribuit, pietatis, sapientiæ, & virtutū omnium: quas laudes solemus, in summis heroibus, admirari. Prætereo complura: quæ vir ille mihi cōmemoravit: ne assentari T. C. velle hic videar. Huius tuæ gloriæ testes sunt afflictæ Ecclesiæ: scholæ publicæ: homines docti: adolescentes studiosi: omnes deniq; veræ doctrinæ amantes. Testes erunt

PRAEFATIO.

posteris: ad quos tua illa, in Ecclesiam,
 Rempub. & scholas beneficia, quasi haere-
 ditario peruenient: quibus hoc tempore
 omnes cumulatissime afficis. Ergo D.
 D. Grempius stimulum mihi addidit: sed
 animum sumentem, ac currentem, addide-
 runt quoque, veluti calcem, clarissimi duo
 Theologi: tuus ille Doctor Iacobus An-
 dreæ: & noster Doctor Ioannes Marba-
 chius. In quos mei facti omnem culpam
 transfero. Munus enim hoc indignum es-
 se scio tam excellenti Principe. Nam eisi,
 ut est apud Aristidem Adrianæum, $\delta\delta\upsilon$
 $\epsilon\delta\upsilon \nu\epsilon\omega\varsigma \tau\omicron\iota\varsigma \theta\epsilon\omicron\iota\varsigma \omega\epsilon\theta\eta\kappa\epsilon\upsilon \kappa\alpha\theta\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\omega\upsilon$:
 $\delta\delta\upsilon \delta\epsilon \alpha\upsilon\delta\omicron\rho\alpha\varsigma \delta\delta\upsilon \epsilon\lambda\lambda\omicron\gamma\iota\mu\omicron\upsilon\varsigma \tau\eta \tau\omega\upsilon\upsilon$
 $\beta\iota\beta\lambda\iota\omega\upsilon\upsilon \alpha\upsilon\alpha\theta\epsilon\omicron\varsigma \tau\iota\mu\omega\upsilon\upsilon$ (ut enim conue-
 nit, Deo Tempia consecrare: sic illustres
 viros librorum dedicatione decet hono-
 rare) tamen agnosco mearum scriptionum
 maciem, ac squalorem. Recte doctissimi
 faciunt homines: qui suorum ingeniorum
 monumenta, sed literata, & ornata, mit-
 tunt, cum ad alios Principes: tum ad T;

P R A E F A T I O .

Celsitudinem. meus autem hic liber, non scriptus, sed vix exaratus, ideoq; nulla propè doctrina, certè nulla elegantia, nullo nitore, ornatu, atq; splendore excultus, eiusmodi est: vt vix eum dignum ipse ad huc censeam: qui lucem aspicere debeat. Veruntamen, etsi limina tuæ illustrissimæ domus, clarissimæq; familiæ accedere veretur: tamen quia ad T. C. venit his ducibus: quibus omnis ad T. C. patet fit aditus, atq; accessus: adduci se ille cõparitur. Ac licet humili sit habitu, & ferè squalido vestitu, cultuq; horrido: non tamen lucem metuit. Non enim extimescit aduersariorum vel καλῆς γνώσεως, vel λαιδογίας, vel τμήματα, reiectiãq; segmenta. propterea quòd, luce diuini verbi, est irradiatus: & eo splendore nitet: quo etiam aduersariorum, alioquin grauiter hallucinantium, sperem, posse oculos præstringi. Tu, Princeps optime, & alter, non solum Sueuiæ nostræ: sed etiam veræ patriæ, quæ est Ecclesia Christi,

PRAEFATIO.

Si, pater, Deo Optimo Maximo, non solum templa, per fines tuæ provinciae Consecrasti: verum etiam, in ijs, veram, absq; ullis corruptelis, doctrinam Christianam perspicue tradi curasti. Tu in collegijs reformatis, præclaras Scholas, magnis sumptibus, cõstituisti. Tu celeberrimum Tubingense Gymnasium, à maioribus tuis sapienter fundatum, tua liberalitate tueri, atq; amplificare non desinis. Tu, ne singula persequar, in tuarum provinciarum Ecclesijs, vt omnia ἐν τάξει, καὶ ἀσφάλειᾳ peragantur, hæcenus effecisti. Quas ob res non solũ præclara p̃mia, in hac, & in sempiterna vita, à Christo, cuius nomẽ diuinitus geris, expectabis; sed etiã, apud omnẽ posteritatem, singularem laudem, atq; gloriam consequeris. Itaq; recte faciunt, vt dixi, homines eruditi, qui ἀναθεὸς τῶν βιβλίων T. C. honorare cupiunt. Ego etsi, hoc meo scripto, illud assequi non possum: tamen, quia aliquid, te principe dignum, dare, in mea

PRÆFATIO.

non est facultate: utar hoc orationis genere: & fatebor, me abs T. C. non vulgaria, de quibus, alio tempore, locus erit dicendi, accepisse beneficia. Illud autem (κατάλογον) præterire silentio non possum: quòd mei exoptatissimi fratris Matthiæ Rhoti, ministri Ecclesiæ, quæ Lindavij, in patria mea est, filium Matthiam, in Martiniano Collegio benignè foues. Ad-
do etiam hoc: me post Lutherum, per-
magnam huius doctrinæ partem, quam hic tracto, à tuis Theologis, D. Brentio, & D. D. Iacobo Andreae accepisse. Itaq; illud beneficium summum, T. Celsitudini, tuisq; acceptum refero: & quod debeo, ne ingratus videar, pro mea tenuitate, tibi, Princeps Illustrissime, reddo. Sed factum hunc meum, quod fateor, immaturum, nõ solum T. C. patrociniò, verum etiam clientelæ committo: & ita cõmendò: ut quemadmodum Christi Ecclesiæ præcipuus, his temporibus, nutritius es: sic eum vix natum, vixq; duplicatõem, foueas,

PRAEFATIO.

ueas, defendas, tuearis: dum nō solum ad aliquam maturitatem, ducente Christo, perueniat: sed etiam vires, atq; robur aliquod, cū tempore, acquirat. Ac nunc, in illa infirmitate, agnoscit lac illud, quod ex vberibus tuæ suxit Ecclesiae, cuiq; Lycei: solidiorē inde cibum, vbi adoleuerit, accepturus. Quamobrem summissē, abs Tua Celsitudine, peto: vt huius partus penē abortiui, alumnus esse non dedigneris. Meminit enim tua, Christophore Dux, pietas, illius dulcissimæ promissionis: καὶ ἔσονται βασιλεῖς πῦθλοι σου: αἱ δὲ ἀρχαὶ αὐτῶν τροφίσις. Et erunt Reges Nutricij, educatoresq; tui: principes autem fœminæ, nutrices tuæ. Vt autem hunc meum præmaturum laborem tua autoritate tuearis: plurimum meæ interest. Fieri enim non potest: vt obtrectatorum reprehensionem effugiam. Nā dicet fortasse hīc q̄sp̄iā: Ethicus Ethicæ: Dialecticus Dialectica doceat. Quid verò ego doceo hic aliud, quàm differendi ra-

PRÆFATIO.

tionis elementa? Decem enim Categoria-
 rum partitiones explico: earumq; multipli-
 ce usum demonstro: summaq; illa genera
 exemplis illustro. Nihil igitur facio con-
 tra meam professionem: nihil contra me-
 um officium. At Dialecticis Theologica,
 sacra prophanis admisceas. Nihil hic di-
 co, licere mihi, in explicanda arte, qui-
 busuis vii optimarum rerum exemplis:
 cuiusmodi sunt, quæ sumuntur ex sacris
 literis. Itaq; disquirendi scientiam dispu-
 tatione Theologica exornare volui. E-
 xempla certè ferè nulla sunt: quæ illius
 artis vim melius ostendant. Iam verò, quid
 huiusmodi negotii est: & bonis moribus conue-
 nientius: quam Christiani hominis facere
 officium? iuuare studia adolescentiæ? fidei
 suæ reddere unicuiq; rationem? explicare
 grauissimam cōtrouersiam? prodesse vel-
 le scholis, atq; ecclesijs? Quid? quod multa
 ex Eucharistico negotio, hic refero ad su-
 os ethicos fontes, hoc est, ad virtutes, non
 solum morales: sed etiam eas, quas Theo-
 logi

PRAEFATIO.

logi πνευματικὰς, seu spirituales nominant? quarum contraria, seu vitia, institutionis cœnæ, eadem soluendi methodo, commonstro. Doteo igitur, Dialecticæ studiosus, Dialectica: Ethices professor, Ethica profiteor. Christianus etiam homo Christianæ religionis caput, vocatum à presentis Christi, in sua cœna, hostibus, in exitiosam multis Ecclesijs controversiam, explico: veramq; eius sententiã defendo. Ac ad omnium bonorum virorum mores, & officium pertinet veritatis confessio, atq; propugnatio. Quæ non est Theologorum propria: sed communis omnium: qui Christo, in sacro fonte, nomẽ dederunt. Quòd si me hic exemplis tue-ri vellem: possem proferre multos homines literatissimos: qui, et si nullum, in Ecclesia, munus gesserunt: tamen scripserunt de rebus Theologicis. Cum in hoc ego argumento tractando, versarer: allatum ad nos fuit, Illustrissime Princeps, eruditissimum scriptum, doctissimi, & acutis-

A 3 fini

PRAEFATIO.

simi Philosophi tui, D.D. Iacobi Schee-
ckij, de vna persona, & duabus naturis
Christi, & de vera vnione personali: quod
vt opus est praesclarum: sic Ecclesia ma-
ximas apportabit commoditates. Sed is
vir, hominibus doctis scripsit: ego haec a
adolescentibus rudib. exaravi. Quod si li-
cuit Doctori Scheeckio grauissimam con-
trouersiam, ad Philosophorum methodū
reuocare: quis me iurè vituperet: qui,
quod ipsi etiam Theologi faciunt, idem
quoq. coner praestare? vt causam perple-
xam non solum ad Lydium lapidem di-
uini verbi examinem: sed etiam ad Me-
thodum artis differendi applicem? Quid
enim Theologi aliud agunt, in sua pro-
fessione: quam quòd aut definiunt, aut
pariuntur, aut causas rei monstrant:
aut effectus, aut contraria, aut cognata
inquirunt, aut disputant, vera confir-
mant, falsa refutant? Desinant igitur
isti censores, id in me reprehendere: quod
in alijs semper fuit laudatum. Calum-
nia

PRAEFATIO.

*niabuntur alij, me rem unam saepius re-
 petere. Morosis istis hominibus respon-
 deat Plato: εὖ ἢ παροιμία δοκεῖ εἶχειν:
 τὸ δὲ, καὶ τρεῖς τόγες καλῶς ἔχον ἐπανα-
 πολεῖν τῷ λόγῳ δεῖ. Εἰ, δὲ τρεῖς τόγες
 καλῶς ῥηθῆεν ἔδει βλάβη. ἔδει χεῖρον,
 πολλὰ κίς ἀκρίβειν. Quae enim sunt pul-
 ehra: bis, vel ter repetenda sunt. Nam
 quod iterum, atq; iterum rectè dicitur: no-
 cere non potest: nec inutile est, idem saepè
 audire. Adde, quòd eam habet διέξοδος,
 ὅτι ἀνάλυσιν vim, atq; naturam: ut res
 una, alia, atq; alia ratione (ἄλλῃ, καὶ ἄλλῃ
 ἑκάστῃ) in diuersis locis, vtiliter possunt cō-
 siderari. Quòd ἀνάλυσιν sub finem adie-
 ci Grammaticam (particulas enim infle-
 xiles locorum, qui sunt de cæna Domini,
 ad suos quoq; fontes retuli) credo erit ne-
 mo: qui id ausit reprehendere. Nihil enim
 præterire hic volui: ne quidem literam, ἔ-
 ρητοῦ τῆς ἀλάξεως τῆς δειπνῆς, vllam:
 quam non suo loco annotarem, atq; per-
 penderem. An non est vtile, multiplicem
 vim*

PRAEFATIO.

vim scire praepositionis ἐν? Significat enim interdum causam, ut in his: ἐν τῷ καλίῳ ἔστι τὸ οἶνον: propter hoc, non laudo vos. Item, in illo, ἐν τῷ αἵματι μου, vel ἐν τῷ ἐπιπέτῳ αἵματι. Nam poculum dicitur novum testamentum: propter sanguinem Christi: quem nisi contineret: non esse posset ἢ καὶ τὴν ἀγάπην. Hanc enim non stabilis per se calix, aut merum vinum: sed ille calix, qui vinum continet: quod est & sanguis Christi. Cum igitur provideram fore: ut multos, atq; diversos sim habiturus aduersarios, & obtrectatores: video etiam, mihi non solum defensionem futuram necessariam: sed etiam patrocinium tuum, Illustrissime Princeps: cuius gratia, atq; auctoritate me: aduersus calumnias multorum queam defendere. Atq; haec est una causa ἡμῶν Ἐπιβουλῆς τῶν ἀναδέεσσι. Altera est, ut aliqua: mei animi gratia, erga Celsitudinem tuam, significatio publicè extaret. Quantum enim nō modo ego, fraterq; meus, cuiusq; filius Mat-
 thias.

PRAEFATIO.

tibus, debeamus tibi, Princeps illustris-
 me: sed etiam quantum cum alie Eccle-
 siae, atq; scholae, tum nostra Ecclesia, no-
 strumq; Gymnasium tibi debeat, partim
 pro alijs, in omnes, meritis: partim pro
 praeclearis superiorum annorum benefi-
 cijs: quibus Tua Celsitudo, & Illustrissi-
 mus Princeps, ac dominus, D. VVOLF-
 GANGVS Comes Palatinus, & Dux Ba-
 variae, &c. eos, qui in Ecclesia, & qui in
 schola hac docent, affecistis, facilius co-
 gitari, quam scribi potest. Et quan-
 quam gratiam referre non possumus: ta-
 men gratias, quas possumus, & agimus,
 & habemus sempiternas: pro vestra pa-
 terno, in nos, studio, consilio, atq; auxi-
 lio. Ac summis precibus à Deo, Patre
 Domini nostri Iesu Christi, petimus: ut
 Vestras Celsitudines, Illustrissimas ve-
 stras Familias, vestrosq; denique popu-
 los diutissime incolumes, atque florentes
 tueatur, atque gubernet. Sedenim eò
 etiam libentius hoc scriptum ad Tuam

CHRI-

PRÆFATIO.

CHRISTOPHORE Dux, nisi Celsitudinem: vt exteris quoq; constaret, de nostrarum Ecclesiarum, & scholarum, cum tuis, & illustrib. Principis VVOLFGANGI Bipontini, vt in alijs pura doctrina, veraq; religionis partibus: sic in illo capite, quod est de Cœna Domini, vnanimi, pioq; consensu. In quo nos Christus Assertor noster, vt in eo vnum simus, perpetuò conseruet. Argentina 1566. 8. Cal. Martij: quo die Filius Dei sub Augusto, incarnatus, & sub Pontio Pilato, passus esse scribitur.



MAR.





MARTINVS BUCERVS,
MATTHAEI XXVI.

Christus non solum, vt Deus, sed etiã
vt verus homo, Mediator, & Seruator
noster est: & instaurabit omnia. Vt verũ
HOMINEM, esse cum nobiscum,
& IN NOBIS oportet. Dixit enim:
Ego iterum veniam ad vos: mansionem
apud vos, cum Patre faciam. Qui man-
ducat meam carnem: & bibit meum san-
guinem: ille in me manet: & ego in eo.
Hæc autem Domini, apud nos, etiam, vt
caro, & sanguis, id est, vt HOMO, est præ-
sentia, & mansio, & in sacra Cœna, per
Symbola, representatio, & exhibitio, vt
præsentem amplius nobis, & agentem in
NOBIS amplectimur: non sit
aliqua ratione natura, &c.



INDEX HVIVS DECADIS.

- I. Substantia, pagina 5. capite 2.
- II. Quantitas, pag. 144. cap. 22.
- III. Qualitas, pag. 259. cap. 34.
- IIII. Aliò relata, pag. 342. cap. 44.
- V. Agere, τὸ ποιεῖν, pag. 459. 51.
- VI. Τὸ πάχειν, perperi, pa. 499. ca. 54.
- VII. Τὸ ποδ; Vbi? pag. 514. cap. 55.
- VIII. Quando? ποτέ; pag. 544. cap. 58.
- IX. Positum esse, τὸ κείσθαι, p. 551. c. 59.
- X. Habere, τὸ ἔχειν, pag. 563. ca. 60.

INDEX TRIADIS adiectæ.

- I. De ijs, quæ nullum in categorijs locum habent. pag. 580. cap. 61.
 - II. Particulæ inflexiles, pag. 586. ca. 62.
 - III. Τὰ μὲν τὰς κατηγορίας, quæ post decem illa summa genera solent explicari. pag. 593. cap. 63.
- Capitulum decades sunt sex, cum Tetrades

Τέλος τῆς πρώτης πίνακ.

DE VSV DECEM

CATEGORIARVM, IN SIM-
plici quæstione, per eas, ducenda,
κατ' ἐκφρασιν Διαλεκτικῶν.

ΠΡΟΔΕΙΓΜΑ, SEV EXEMPLVM
huius deductionis, non personæ, aut rei,
sed actionis, COENA DOMI-
NICA. Autore

Valentino Erythræo.

Caput I.

INter alias utilitates, quas differendi
doctrinæ studiosis apportant decem,
apud dialecticos, categoriæ, seu rerum o-
mnium summa genera: non exiguam ad-
fert ea ratio: qua simplex propositum, τὸ
ἀπλοῦν θεμα, ἢ τὸ ἀνδ' συμπλοκῆς, per
hos ordines ducimus. Tractationem istā
Græci ἐργασίαν ἐκφρασικῶν, ἢ ἀπα-
γωγικῶν, vel τὴν κατ' ἀπαγωγῶν, ἢ
ἐκφρασιν nomināt. Cum, in causa aliqua

Vsus cate-
goriarum,
ἐκφρασικὸς ἢ
seu ἀναλυτι-
κός.

B nuda;

2. CATEGORIARVM

nuda, & solitaria, ad cognoscendum proposita, nulla, ad disputandum, questione constituta, per illa omnium rerum tantquam capita, decurrimus. Quicquid autem hac ratione consideramus: cuiusque naturam, vimque omnem inuestigamus.

Simplicium questionum genera, τῆ ὕλης, materia.

ἡρώτων κατηγοριῶν: id aut est persona, πρόσωπον: ut, IESVS CHRISTVS, Ioannes Baptista; aut Res aliqua, πράγματι: ut, Lex, Euangeliū, Fides, Spes, Charitas: aut est Actio, πράξις, ἢ ποιήσις: ut, Sacrificium, Sacramentum, Baptismus, Cæna Dominica: vel denique est passio, πάθησις: ut, passio, & mors Christi, generis humani assertoris, & seruatoris.

Exemplorum.

Ac nos quidem breui, exemplum personæ, propter studiosos adolefcetes, in lucem dabimus. Nam Ioanem Baptistā, τὸν ἁγίου προδρομον, eiusque vniuersam historiam, ex quatuor Euangelistis concinnatam (κατὰ τὴν ἀρμοσίαν) non solum per decem ista rerum attributa deducemus: sed per locos etiā reliquos Dialecti-

lecticorum: & per alias disquirendi, dicendiq; scientiæ partes: quantum ea materia ferre poterit. Christi etiam personã, hac ratione, illustratam, aliquando publicaturi, & pietatis, literarumq; cupidis communicaturi sumus. Inquam tractationẽ, per pessonis quoque exemplum incurret.

Nunc verò, paulò breuius, atq; succinctius ὁδὸς ὀψύχα, quod inter docendum ferè adduximus, in hac Dialectices parte enucleanda, ædere cõstituimus. Primum, vt vberiore cognitionem categoriarum studiosi assequantur. Deinde, vt Theologie candidati quoq; intelligant: quãtum & ad inueniendum, & ad iudicandum, in grauißimis etiam religionis controuersijs (qualis hæc, de Cœna Domini, per annos plus minus quadraginta, est agitata quæstio) adferat adiumenti. Reliqua persequemur, in nostris Antilogicis, Topicis, & Analyticis. Hæc enim διδασκαλικὴ ἢ μέθοδος, seu docedi ratio, quæta est, & sine aduersario, in scholasticis exerci-

Exemplum
præsentis
tractationis.

Vsus huius
considerationis.

Duplex ratio
dialectica: vna disci-
plinaria: alte-
ra ἀγωναίική.

4. CATEGOR. VSVS

tationibus, suscipitur, inter explicandū,
 παραδειγματικῶς. Quicquid igitur de
 Cœna Dominica tres Euāgelistæ, & Pau-
 lus Apostolus Ecclesiæ Christi tradide-
 runt: id nos ad decem rerum illa capita
 sic aptabimus: vt singula verba, resq̄ om-
 nines, ad suum receptaculum, atq̄ domi-
 cilium relatæ, tanquam in quadam tabu-
 la, esse conspiciantur. Itaq̄, sequemur hic
 non Oratorum, sed Dialecticorum ordi-
 nem τοπικόν: qui est locorum, non omni-
 um (nam id alibi faciemus) sed istorum
 decem: quos vocant in scholis prædica-
 menta. In quibus collocatio naturalis est:
 ἢ κατὰ φύσιν τάξις. Primum enim locū
 sibi vendicāt τὰ αὐθιγόνετα: vt sunt na-
 turæ, quas ἔσσιαι, substantias nominant:
 secundum, τὰ ἐτερογόνετα: quæ illis ni-
 tuntur, in ijsq̄ consistunt. cuiusmodi sunt
 τὰ συμπεθενηκότα, res aduentitiæ: quarum
 etiam est dispositio natia. Sed quoniam
 categorias non volumus esse vacuas: in-
 terponemus etiam suis locis ea, quæ πρὸ
 τοῦ

Summa bu-
 ius scriptio-
 nis.

Collocatio
 natia, q̄
 equitur or-
 dinem loco-
 rum.

Partitio de-
 cem attri-
 butorum.

τὸς δὲ πρῶτος, ab Evangelistis acta esse cō-
 memorantur. Nam quæ post cœnam ge-
 sta sunt: ea, cum nostri non sint instituti,
 prætermittemus. Tractatio enim hæc su- Finis susce-
 scepta est tantum, propter τὸν ἔκθετα pta inquisi-
 κῆ δὲ πρῶτος ἀγαγὼν, seu institutionem tionis.
 huius cœlestis conuiuij. Cuius verba sunt
 plana, atq; perspicua, non obscura, aut am-
 bigua: vt nulla alia sententia, quàm ἡ κα-
 τὰ τὸ πρῶτον διάνοια, sit quærenda. Pri-
 mum igitur, locum τῆς ἑστίας considere-
 mus.

SVB STANTIA.

Caput II.

Cicero, in partitionib. oratorijs, duo Duo gent-
 genera locorum constituit: vnum ra, vt loco-
 eorum, qui veri loci sunt: cuiusmodi sunt: rum: sic re-
 Totum, partes, notatio, definitio, & cæ- rum, quæ
 teri: quos ibi cōnumerat: alterum eorum, consideran-
 qui istorum speciem præ se ferunt. Ver- tur iuxta
 bi gratia, Vt definitio, Vt contrarium, & categorias.

6. DE SUBSTANTIA.

ὅρα, ὡς ἀντικείμενον: & reliqua, quæ
 ibidem continēter sequuntur. Conſimilis
 eſt ratio decem categoriarum. Nam in na-
 turæ, ſeu ſubſtantię attributo, quæcunq;
 ſunt eius claſſis, atq; ordinis, ea vel reue-
 ra ſunt ὑſίαι: vel ſunt eiufmodi: ut etſi hu-
 ius receptaculi non ſint propriè: conſide-
 rentur tamen per ſe, vt res ſua vi, & per
 ſe conſiſtentes. Cuiufmodi ſunt, nō perſo-
 næ tantum: vt Euangelista, Apoſtolus,
 Epiſcopus: ſed etiam res: vt Apoſtolatus,
 Epiſcopatus. Fides, Iuſtitia, Miſericor-
 dia. Cuiufmodi etiam ſunt Actiones, vt
 Sacrificium, Sacramentum. Huc e-
 nim pertinent, quæ ſunt orationis: vt
 Lēx, mandatum, Euangelium, promiſ-
 ſio: inuocatio, gratiarum actio. Quibus
 addi ſolent perpeſſiones: vt Perſecutio,
 Exilium, Mors. Iſta enim omnia non ra-
 rō, πρὸς ὁποῖον δέντα, vt ſubſtantia, ὡς
 ὑſίαι, καὶ ιδέαι ſolent conſiderari, atque
 tractari. Eamq; ob rem, ad hunc primum
 ordinem, ἐν τῇ ἐκφρατικῇ μεθόδῳ, do-
 cendū

Δι' ἡμετέρας οὐ-
 ρίας, καὶ τὰ
 ὑπερτικότεα.

Δι' ἀκαταχρη-
 στικῶς οὐρίας,
 ἢ τὰ μὴ ὑπερ-
 τικότεα.

cendi causa, referuntur. Propterea quòd
 ijs multa soleant quasi accidere. vt, hoc
 respectu, pro substantijs habeantur. Ac
 ipse Aristoteles secundum, & tertium at-
 tributum duplici titulo insigniuit: illud
 enim non ποσότης solum: sed etiam πο-
 σὸν, hoc cum ποσότης, tum ποῖον inscri-
 psit. Sunt enim quædam reuera quanti-
 tates, & qualitates: vt omnia, in illis lo-
 cis, ἀρετὰ: quædam sunt Vt quantita-
 tes, & Vt qualitates, ὡς ποσότητες, &
 ὡς ποιότητες. Qualia sunt omnia, quæ in
 alio, κατὰ τινὰ χεῖρον, considerantur. Cer-
 tè, inter ea, quæ dicuntur τὰ πρόσ τι, alia
 sunt reuera χετικά. Nam τὰ ὄντως, &
 κατὰ τὸ εἶναι, ad alia accommodantur: secundum
 aliorumque sunt: alia quanquam aliorum esse.
 non sunt: tamen quia eorum esse viden-
 tur, ad ea ipsa, oratione solum, referun-
 tur. Eadem est in cæteris ratio: Actiones
 enim, & perpeffiones, non sunt τὰ ποιεῖν,
 καὶ τὰ πάσχειν, sed τῶν πρόσ τι. Sessio e-
 tiam, statio, accubatio, & reclinatio, non
 B 4 sunt

Relatiua
 secundum
 esse.

Secundum
 dici.

8. DE SUBSTANTIA.

sunt & κείνοι: tametsi illis sint affinitas, atq; cognata. Quid? dies, mensis, annus, lectrum, comitia, synodus, confessus, Lyceum, Stoa, templum: an non, prima fronte, ad τὸ ποτὲ, & τὸ ποῦ referenda esse videntur? At sunt aliorum attributorum. Quid de habitu, vestitu, ornatu, instructu, de toga, de diademate, de armis, & instrumentis dicam? Non enim sunt τὸ ἐξ ἄν: sed primæ categoriæ, aut quartæ. Impropiè etiam ad hunc locum pertinent, cernitum, hirsutum, barbatum, squamidum, sordibus aspersum esse, squamosum, setosum, & cætera generis eiusdem. Quamobrem, ut in locis rhetoricis, non modò, quæ propria sunt, utiliter spectantur: sed etiam ea, quæ illorum imitantur similitudinem: sic in his decem rerum attributis, primū, quæ omnino, & perse, ad ea pertinent, considerari debent: deinde, quæ eorum speciem habent: & quæ eadē ratione tractari in docendo possunt, utile est perpendere. Videamus igitur, quæ res
 ex ver-

ex verbis, atq; historia institutionis cœnæ
Dominicæ, ad primum ordinem redigi
possint.

Caput III.

ΑΙ ΟΝΤΩΣ ΟΥΣΙΑΙ, VERE,
& propriè substantiæ,

ΟΘΕΟΣ, DEVS. *Ὁ Θεός, ἡ τῆς ἐκκλησίας* Dei Philo-
σίας ἔθει παραφρονεῖτε; An sophica de-
Ecclesiam Dei contemnitis? Philosophi finitio, quã
ca Dei hæc traditur definitio, aut κατὰ mentes hu-
γραφή. Deus est essentia, incorporea, in- mana cer-
telligens, immensa potentia, sapientia, et nunt sua lu-
bonitatis, verax, benefica, iusta, casta, li- ce.
berrima, causa vniuersæ naturæ, & ordi-
nis, ac boni in natura, requirens in gene-
re humano ordinem in sua mente, & pu-
niens huius ordinis violationem. Descri-
ptionem istam Dei, ratio, etiam sine re-
uelato uerbo, animaduertit, ex demõstra-
tionibus. At tamen si vera est: non tamen
est perfectæ. Sic enim de Deo sentiendum
est: quemadmodum se in literis sacris pa-
A 5 tefe-

προσθῆκη, καὶ
συμπλήρωσις,
quæ ad
duntur su-

periori de-
 scriptioni
 quædam.
 Nam De-
 um agnosci
 & inuoca-
 ri oportet:
 sicut se pa-
 tefecit.

tesfecit. Ergo fiet integra, ὁλόκληρη, &
 suis partibus absoluta: si addantur συμ-
 πλωτικὰ διαφοραὶ, sumptæ à persona-
 rum discriminibus. Quæ (essentia) est Pa-
 ter æternus: qui genuit Filiū, imaginem
 suam: & Filius, qui est imago Patris: &
 Spiritus Sanctus: sicut se patefecit Diui-
 nitas: quæ condidit cælum, & terram, &
 cæteras naturas in eis: & in genere huma-
 no sibi colligit æternam Ecclesiam: & su-
 am voluntatem, illustribus testimonijs,
 vt resuscitatione mortuorū, declarauit.

ὑπόστασις, κ.
 τὸ ὑφιστάμεν
 νομ.

Cæterum Personam Græci ὑπόστα-
 σιν vocant: & ὑφιστάμενον vocârūt quid-
 dam, quod subsistit, id est, quod non tan-
 tum cogitatione pingitur: nec, vt accidēs,
 in alio hæret: nec euanescit in alio: sed cui-
 ius reuera est proprium, ESSE. Est igitur,
 vt in Ecclesia definitur, ὑπόστασις,
 seu persona, indiuiduum, intelligens, in-
 communicabile, ἀκοινωνήτον. Ita dicimus
 in Diuinitate tres ὑποστάσεις esse, seu
 personas. Vt, cum confitemur, Filiū Dei,
 ἢ Δόμ

ἢ Λόγον, esse Personam: ἡ ὁμοῦς verè
 est ἁσία, substantia. Significat enim in-
 diuiduum, intelligens, incommunicabile.
 Hoc est, distinctum ab alijs, sempiterna
 quadam proprietate, quæ alijs non com-
 petit. Est ἁ, substantia indiuidua, singula-
 ris, communicans pariter, in cunctis di-
 uinæ essentia nominibus, sapientia, po-
 tentia, bonitate, &c. quæ non sunt acci-
 dentia, sed ipsa essentia. Est enim quiddā
 vnum, per se subsistens, intelligens, &c.
 Nominatur autem Verbum, Filius Dei,
 Ioan. 1. In principio erat Verbum, &
 Verbum erat apud Deum: & verbum e-
 rat Deus. Est enim Imago æterni Patris,
 cogitatione ab æterno sic genita: vt suam
 essentiam, atq; naturam Deus Pater in
 eā quasi transfunderit. Est igitur vna ἁ-
 ῥία, essentia æterni Patris, Filij, & Spi-
 ritus sancti: sed tres ἡ ὁμοῦς, tres ve-
 rè subsistentes, non commentitij, vel ca-
 duci, non confusi, sed distincti, seu singu-
 lares, intelligentes nimirum personæ, &c.

TA ΠΡΟΣΩΠΑ, PER-
SONAE.

1. Ο ΙΗΣΟΥΣ, IESVS. Nam
vescentibus eis (discipulis) accepit IESVS,
SVS panem, &c. Matth. 26. Marci 14.
ἡ κυριώτατα
ἐστὶ οὐσία. Lucae 22. Et Paulus, Ego, inquit, accepi
à Domino: quod & tradidi vobis: quod
Dominus Iesus (ὁ κύριος Ἰησοῦς) ea no-
te, qua proditus est, accepit panem, &c.
1. Cor. 11. Hæc est ἡ πρῶτη, ἡ κυριώτα-
τη οὐσία, substantia prima, indiuidua, &
prestantissima: assertor noster IESVS
CHRISTVS, æterni Patris æternus
Filius, Deus: qui assumpsit constituto tẽ-
pore hominem, ex substantia matris sue
sanctissimæ virginis Mariæ, operâte Spi-
ritu sancto, in vnâ indissolubilem per-
sonam, quam Græci Theologi ἡ οὐσία
ex naturis nominant: quæ nunquam, & nusquam est
duabus, di- separanda. Hic autor cænæ est, & conui-
uina, & hu- uator: nec solum instructor huius epuli:
mana, nul- sed etiam materia, victus, & potus.
lo tempore, & loco di-
remptis.

2. DISCIPVLI Christi, οἱ μαθη-
ται

ταὶ αὐτοῦ. *Iuxta illud: Edentibus autē* προσῆπον
hic non ac-
cipitur: ut
supra ὑπό
σας.
illis: ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, vel καὶ ἐσθιόν-
των αὐτῶν. Item, Et dedit discipulis, καὶ
ἐδίδου τῆς μαθηταῖς. Et, Ac dedit il-
lis. Ἐδωκεν αὐτοῖς: nempe panem, qui est
corpus eius: & poculum, qui est sanguis
eius, nimirum novi testamenti. Ac duo-
decim elegit discipulos, quos & Aposto-
los appellavit. Fuerunt autem hi:

Duodecim
Apostolorū
nomina, τὰ
ὀνόματα.

Simon, quem nominavit Pe-

trum, πρῶτος Σίμων, ὁ λε-
γόμενος πέτρος.

Matth. 10.

Marci 3.

Lucæ 6.

Andreas, frater illius, ὁ ἀδελ-
φὸς αὐτοῦ.

Iacobus, ὁ Ἰζεβεδαῖς, filius
Zebedæi.

Ioannes, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, fra-
ter eius.

Philippus.

Bartholomæus.

Matthæus, qui fuerat τελώ-
νης, publicanus.

Τὰ τῶν
δώδεκα
Αποστό-
λων ὀνό-
ματα.

†

Tbo-



Thomas.

Jacobus Alphæi filius.

Simon, qui vocatur Zelotes,
Canaanæus, ὁ κανανίτης.

Iudas Iacobi, Lebbæus, ὁ Ἰακωβίου
καληθεὶς Ἰακωβίου.

Iudas Iscariotes, qui & fuit
proditor: ὁς καὶ ἐγένετο
δοῦλος.

Christus est ὁ διδῶς, ἢ μεταδιδῶς, ἢ διὰ διδῶς.
Inter has indiuiduas & οἰας, in Eucharistico negotio, illud est discrimen: quod Christus est ὁ διδῶς, qui panem sumptum, & post gratias actas, fractum, dedit discipulis suis, & inquit: accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Idem, per acta cœna, accepit poculum, & actis gratijs, dedit eisdem: dicens, bibite ex hoc OMNES. Hic est enim ille ipse sanguis meus: qui est novi testamenti: qui pro vobis, & pro multis effunditur: in remissionem peccatorum. EST ergo

ergo Christus distributor panis, qui est
 Corpus suum: & calicis, seu vini, in pocu-
 lo, quod est & sanguis ipsius. Sed quoniã
 cœnam hanc suis præbuit discipulis, sua
 natura, viuificatricem: etiam uiuum sei-
 psam obrulit, & dedit suis conuiuiis. Hoc
 est, se totum, & integrum: non solũ se De-
 um verum: etiam verum, naturalemq; ho-
 minẽ, animam, & corpus. Loquitur enim
 disertè, de corporali præsentia, exhibitio-
 ne, & sumptione, quæ fit mädicatione, et
 potu, oris corporei. Iuxta illud: comedite,
 hoc est corpus meum: bibite, hoc est san-
 guis meus. Ex quibus perspicuum est, Do-
 minum non tantum esse distributorem
 sui corporis, & sui sanguinis: sed etiam
 distributum cibum, & potum: iuxta il-
 lud Augustini. Et ferebatur in manibus
 suis. Hoc, fratres, quomodo posset fieri, in
 homine, quis intelligat? Quis enim por-
 tatur in manibus suis? Manibus aliorum
 potest portari homo: manibus suis nemo
 portatur. Quomodo intelligitur in ipso
 David?

Christus et
 tiam est :

met ad idem
 vñ, ñ dicit
 dudum et

In Psal.
 37.

Christus in
cena fert,
ac portat
corpus su-
um, mani-
bus suis.

Dauid? secundum literam, non inueni-
mus: in Christo autem inuenimus. FE-
REBATVR enim Christus in manibus:
quando, commendans preciosum corpus
suum, ait: HOC EST CORPVS ME-
VM. Ferebat enim illud corpus in mani-
bus suis. Ipsa est humiliatio Domini no-
stri Iesu Christi: ipsa multum commen-
data hominibus.

Discipuli
fuerunt λα-
βόντες, φα-
γόντες, καὶ
πιόντες.

Discipuli autem, atq; Apostoli fuerunt
λαβόντες, φαγόντες, καὶ πιόντες. Nam
Domini sui imperata fecerunt. Biberunt
enim ex poculo omnes. Marci 14. Vnde
constat: omnes comedissee panem: non vni
decim modo, qui ἀξίως manducarunt, &
biberunt: sed Iudam Iscariotem etiam,
qui prodidit ipsum. Sed is ἀναξίως edit
panem illum, & bibit indignè, de poculo
Domini. Ideoq; reus est factus corporis, &
sanguinis illius: ac iudicium sibi ipsi edit,
& bibit. propterea quòd, neq; se probauit:
neq; corpus Domini dijudicauit: sicut fe-
cerunt reliqui Apostoli.

Iudas, ὁ προ-
δοτής ἢ κυ-
ρίου, μέτοχος
ἢ ὀλοκλήρου
λείπνου κυ-
ριακού.

Ad personas, seu primas substantias, que vocantur άτομα, καθεκάστα, referuntur & illa ἀόριστα, apud Paulum.

1. Ipse Paulus Apostolus.

2. Corinthij.

Iuxta illud: Εγὼ δὲ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν. EGO enim accepi à Domino: quod & tradidi VOBIS. Et, Propter hoc inter vos multi sunt imbecilles, & inualidi, & dormiunt multi.

Σωερχομένων ὑμῶν, cum conuenitis.

Ακούω χίσματά ἐν ὑμῖν εἶναι. Audio dissidia inter vos esse.

Δὲ δὲ αἰρέσεως ἐν ὑμῖν εἶναι. ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένοντα ἐν ὑμῖν. Oportet enim & sectas inter vos esse: ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.

Quid vobis dicam? laudabo vos? &c.

Item, Iudicate vos, quod dico.

Εκαστος, vnusquisq; ut, Vnusquisq; enim propriam cœnam occupat, in edendo.

ὡς. ἕν, καὶ ὡς μὴ πᾶσι: ὅσδε μεθύει. Hic

C

qui-

Post ὁρισμένα, καὶ ὄνομασμένα προσώπα, sequuntur ἀόριστα, καὶ ἀνώμα.

quidem esurit: ille verò ebrius est.
 Καὶ αὐχυνέτε ὅν μὴ ἔχοντες. Pudefaci-
 tis eos, qui non habent.

Huius generis sunt illa:

Ὅς, quicumq; .vz, ὡς ὅς αὐτὸν ἐδίη, ἢ πί-
 νη. Itaq; quisq; ederet, aut biberit, &c.

Et, ὁ γὰρ ἐδίω, καὶ πίνων ἀναξίως. Qui e-
 dit, & bibit indignè, iudicium ἑαυ-
 τῶν, edit, & bibit.

Item, Nos ipsi. vz, Etenim, si nos ipsos,
 ἑαυτῶν, dijudicassemus: haudquaquam
 iudicati fuissimus.

Quis. vz, εἰ δὲ τις πένει. Quod si quis esu-
 rit, &c.

Ἄλλήλους ἐκδέχεσθε. Alius alium expe-
 tet.

Huc pertinent & ista.

Ὅτι εἷς ἄρτος: ἐν σώμα οἱ πολλοὶ
 ἕσμεν. Quia vnus panis: vnum cor-
 pus multi sumus.

Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τῆς ἐνὸς ἄρτου με-
 τέχομεν. Omnes enim participamus
 ex vno, eodemq; pane.

SECUNDÆ SUBSTANTIAE,

αἱ δευτέρα ἁπλῆσιαι: ἢ τὰ
εἶδη, formæ.

Η Ο Μ Ο, ὁ ἄνθρωπος.

δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν, καὶ
οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐδίετω, καὶ ἐκ τοῦ πο-
τηρίου πινέτω. Probet autem homo se-
ipsum: & sic de illo pane edat: & de po-
culo illo bibat.

Μ Υ Ν Δ Υ Σ, ὁ κόσμος, pro
hominibus impijs.

ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.
ne cum mundo condemnemur.

Caput III.

Ρ Ε Σ, ΤΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ.

Primæ, & individua substantiæ.

ὁ ἄρτος, panis.

λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, ἐκλασε, καὶ
ἐδίδου, ἢ ἔδωκεν αὐτοῖς, τοῖς μαθηταῖς.

Accipit Iesus panem (das brot) fre-
git,

git, ac dedit discipulis. Matth. λαβὼν
 ἄρτον, sumpsit panem. Marc. & Luc.
 ἔλαβον ἄρτον, accepit panem. Paulus:
 λάβετε, φάγετε, scilicet, τὸ ἄρτον: ac-
 cipite, comedite, nempe hunc panem,
 quem dedi.

Τοῦτο (ὁ ἄρτος) ἐστὶ τὸ σῶμά μου. Hoc
 (panis, quem dedi, quem accipitis, & e-
 ditis) est corpus meum.

Item.

Ὁς αὐτὸ ἐδοίη τὸ ἄρτον τοῦτον. Quisquis e-
 derit panem hunc.

Οὕτως ἐκ τῷ ἄρτου ἐδοιέτω. Sic ex pane
 illo edat.

Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, ἔχει κοινωνία τοῦ
 σώματος & τῆς χριστοῦ ἐστίν; panem, quē
 frangimus, nonne communicatio, seu
 participatio corporis Christi est?

Ὅσάκις γὰρ αὐτὸ ἐδοίητε τὸ ἄρτον τοῦτον.
 Quotiescunq; enim comederitis panem
 hunc, &c.

Ὅτι εἷς ἄρτος & : ἐν σώμα πολλοὶ ἑσώμεθα.
 Quia unus panis : corpus unum multi
 sumus. Ὅτι

Οτι οἱ πάντες ἐκ τῆς ἐνὸς ἄρτου μετέχο-
 μν. *Nam omnes ex eodem pane parti-*
cipamus.

ΤΟ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙ-
 ΣΤΟΥ, *Corpus Christi.*

Τούτο (ὁ ἄρτος) ἐστὶ τὸ σῶμά μου, τὸ
 ὑπὲρ ὑμῶν δίδόμενον, ἢ κλάωμενον. *vel*
 τούτ' ἐστὶ τὸ σῶμα. *Hoc (panis)*
est corpus, quod pro vobis datur, seu
frangitur.

Τὸν ἄρτον, ὃν κλάωμεν, ἐκὶ κοινωνία τοῦ
 σώματος τῆς χειρὸς ἐστίν; *Panem, quē*
frangimus, nunquid communicatio, δό-
σις, vel διάδοσις, ἢ participatio, seu
sumptio, λήψις, ἢ μετοχή, est corporis
Christi?

Ενοχ ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ κυρίου.
Quicumque ederit panem hunc indignè:
reus erit corporis Christi.

Μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου. *Non*
dijudicans corpus Domini.

ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ,

Poculum.

Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, accepit poculum.
 Ἐδωκεν αὐτοῖς (τὸ ποτήριον) dedit illis.
 Πίετε ἐξ αὐτοῦ (ποτηρίου) πάντες. Bi-
 bite ex hoc omnes.

Καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ (ποτηρίου) πάντες.
 Et biberunt ex eo omnes.

Τὸτο (τὸ ποτήριον) ἐστὶ τὸ αἷμά μου.

Hoc est sanguis meus. Mat. & Marc.

Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστίν,
 ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ (ποτήριον) ὑ-
 πὲρ ὑμῶν ἐκχυρόμενον. Hoc poculum
 nouum testamentum est in, vel cum san-
 guine meo: quod, poculum, pro vobis ef-
 funditur. Lucas.

Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ Διαθήκη ἐ-
 στί, ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι. Hoc poculum no-
 uum testamentum est, in meo sanguine.
 Paulus.

Τὸ ποτήριον τῆς ὁλογίας, ὁ ὁλογα-
 ῦν, οὐχὶ κοινωνία τῷ αἵματι τῷ Θε-
 οῦ ἐστίν. poculum benedictionis, cui be-
 nedicti

nedicimus, nonne cōmunicatio est sanguinis Christi? Idem.

Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνετε: quotiescunq; enim de poculo hoc biberitis, &c.

Οὐ δύνασθε ποτήριον Ἐκκυρίου πίνειν, Ἐ ποτήριον τῶν δαιμονίων. Non potestis poculū Domini bibere, Ἐ Daemoniorū.

Ὡσεὶ οὐκ ἀπὶ πίνῃ τὸ ποτήριον Ἐκκυρίου ἀναξίως. quisquis biberit de poculo Domini indignè.

Καὶ οὕτως ἢ Ἐ ποτηρίου πινέτω. Et sic ex poculo illo bibat.

VINVM, SEV ΓΕΝΝΗΜΑ

Ἐ ἀμπέλου, fructus vitis.

λέγω δὲ ἡμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίνω ἀπ' ἄρτι ἢ κ τέρου Ἐ γεννήματ' Ἐ ἀμπέλου. Dico autem vobis: non bibam posthac, ex fructu vitis. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Præposuit enim Christus esum agni, vulgaremq; cœnam institutioni mandu-

C 4 catio-

Christus in
cæna sua,
neq; edit pa-
nem, neque
bibit vinū.

cationis, & potus sui corporis, & sanguinis: finitq; illud vltimum pascha, vltimus victus, & potus. quod pascha veteris testamenti, typū, suæ mortis, abrogauit, substituta cæna sacra noui fæderis: quod suo sanguine fuso, & hausto, confirmauit. Unde sequitur, Christum in cæna sua prima neq; panem comedisse: neq; vinum bibisse. Sic enim Lucas scribit. Et quum iam esset tempestiuum, accubuit: & duodecim Apostoli cum eo. Et ait ad eos. Vehementer cupiui hoc pascha edere vobiscum: antequam paterer. Dico enim vobis: posthac non edam, vltra ex eo: donec compleatur in regno Dei. Et accepto poculo, gratias egit, ac dixit. Accipite hoc, & diuidite inter vos. Dico enim vobis: non bibam de fructu vitis: donec regnum Dei veniat. Haftenus conclusit Dominus agni manducationem, & cænam communem. Subiungit deinceps, τὸ ἔκρυψακὸν εἰς τὸ φανερῶναι: cui Iudas, ὁ προδότης, interfuit, & communicauit. Itaq; post narra-

tionem institutionis, ait Christus. Verum-
tamen ecce, MANVS PRODENTIS
me, MECVM est in mensa.

ΤΟ ΑΪΜΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ,
Sanguis Christi.

Τούτο γὰρ (τὸ ποτήριον) ἐστὶ τὸ αἷμά μου,
τὸ τῆς καινῆς Διαθήκης, τὸ πρὸς πολ-
λῶν ἐκχωρόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρ-
τιῶν. Hoc enim (poculum, seu vinum,
in calice) est ille ipse SANGVIS me-
us, qui est (non veteris, qui fuit τυ-
πικος) sed NOVI Testamenti: qui
(sanguis) pro multis effunditur in re-
missionem peccatorū. Matt. & Marc.

Τούτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ Διαθήκη
ἐστίν, ὡς πρὸς Αἱματί μου. Hoc pocu-
lum nouum testamentum est, in meo san-
guine. Lucas. vel, ut Paulus habet, τὸ
ποτῆριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐστίν, ὡς
πρὸς ἐμῷ Αἵματι.

Ενοχος ἐσται τὸ ἀἷμα. Θεοῦ Κυρίου. Qui-
cunque enim de poculo Domini biberit

indignè, ἀναξίως: reus erit sanguinis Domini.

Τὸ ποιεῖμον τῆς Ἐλογίας, ὁ Ἐλογιστὴς ἐκὶ κοινωνία τῆς Αἱματὸς τῆς Ἐκείνου ἐστίν; Poculum benedictionis, cui benedicimus: nonne communicatio est sanguinis Christi?

Caput V.

DE SVBSTANTIA COENAE Dominicae, vel de re cœnanda præsenti, in hoc Ecclesiae cœlesti conuiuio.

EX his Domini nostri Iesu Christi verbis (quæ sunt lucerna pedibus nostris: ne à via veritatis in hac causa aberremus: & versemur in densissimis errorum tenebris) constat: non solum duorum genera esse præsentia in cœna, quæ in terris peragitur: verùm etiam ea dari à cœuiatore Christo, eiusq; externo ministerio: & sumi à vescentibus, & bibentibus man-

παρουσία,
ἀλόσις, κ, λυ-
ψις τῶν δια-
πικτόν πρᾶ-
γματων.

manducatione, & potu oris corporei. Eo-
 rum vnum est, quod terrenum dicitur ab
 Irenæo: vt est panis Domini, & vinum, Panis Do-
 seu poculum Domini. Hæc enim vt cæ- mini.
 teri cibi corruptibiles, physico modo reci-
 piuntur: in ventriculum demittuntur: cõ-
 coquuntur. Alterum est cœleste, vt ἐπι- Panis Do-
 γαμν & ἄρτος, cœlestis cibus, panis Do- minus.
 minus, hoc est, eius corpus, quod pro no-
 bis est traditum: & sanguis Christi, qui
 pro nobis est in ara crucis profusus, nem-
 pe vera, & essentialis esca, & potus. Quod
 corpus ex substantia Matris suæ Chri-
 stus assumpsit, cum anima humana, in
 sempiternam, & indissolubilem personã.
 Atq; hoc rerum genus, etsi cum symbolis
 visibilibus sumitur: tamen non fit illud
 naturali, aut humana ratione: sed super-
 naturali, & diuina, ἀσώματος, & ἀνακρί-
 τως. Christi enim immortalis, & incor-
 ruptibilis, gloriosi, & in æternum vbique
 regnantis corpus, & sanguis, sunt quidem
 hominis pij totius, cibus, & potus: sed ἄ-
 κριτος.

πειλος, ἀφθαρτος, καὶ ἀμετάβλητος.
 Neq. n. vel digeritur in ventriculo, neq.
 corrūpitur, neq. transmutatur: sed pios vi-
 uificat, & in se veluti transmutat: impios
 autō, Christus sumptus, non vt seruator,
 sed ut Iudex, corripit, iudicat, mortificat,
 & nisi resipiscant, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκδο-
 ματικῆς, καὶ πυλωρικῆς, cum mundo cō-
 demnat. Quoniam se non probârunt, neq.
 dijudicârunt: sed quia Domini corpus, a
 reliquis cibus non dijudicârunt, iudicium
 sibi ederunt, & biberunt: rei q̄, facti sunt,
 non panis, & vini, sed corporis, & sangui-
 nis Domini. Quod autem panis sit corpus
 Christi, vinum sanguis Christi: ex verbis
 eius, qui os est veritatis, facile intelli-
 gitur. Hoc (panis sumptus, fractus, datus,
 item acceptus, & manducatus) est corpus
 meum, quod pro vobis traditur. Et, Hoc
 (poculum) acceptum, & datū: item sum-
 ptum, & haustum ore corporeo, est san-
 guis meus, noui testamenti, qui pro vobis,
 & pro multis effunditur, in remissionem
 pec-

peccatorum. Præsens igitur adest hic cœlestis cibus, & potus mensæ Domini: & præsens est non solum ministerio eroganti, & dispensanti: sed etiam exhibitus adest vescenti, & bibenti, quâ manducat, & bibit, præsens sacramentaliter, id est, ori corporeo: & corporibus omnium, ex institutione legitima, est præsens: non absens, Ἀσθηματικὸν ἔμικρον, seu interual-
lis locorum. Nam & in prima cœna erat quidem Christus totus in cœlo: sed erat etiam totus in terra. neq; verò patiebatur aliquid, vel moriebatur in cœna: sed suos alebat, confirmabat, & vivificabat. Et quanquam in accubatione eius, cum discipulis, quæ visibilis erat, & localis, atq; circumscripta, concedimus, inter Dominum, & Petrum, atq; ceteros, fuisse locale spatium: tamen, quia non hoc modo, cœlementis, distribuit suum corpus, & suum sanguinem, sed ratione alia, gloriosæ suæ carnis, & quâ Christus homo assumptus est, in personæ unitatem: minime sequi-

quitur, ut inter panem, & calicē, sic inter
 Christum inuisibiliter sumtū, & discipu-
 los, localem fuisse distantiam. Hoc quidē
 videtur hominibus carnalibus: qui non
 credunt diuinis oraculis: sed spirituales,
 qui reuelato verbo Dei, à Spiritu sancto
 dictato, assentiuntur, nihil ambigunt vel
 de Christi optima voluntate, vel de eius
 omnipotentia. Habet enim Christus, pro
 sua ἐξουσία, & sapientia, complures mo-
 dos suæ præsentia, & manifestationis.
 Qua de re alibi differitur. Proinde non
 tantum visibilia, in cœna, adsunt signa,
 panis, & vinum: sed quia symbola sunt
 distributionis (iuxta illud: dedit illis, &
 ait, accipite, comedite) manifestum est
 ea quoq; præsentia adesse manducanti, &
 bibenti (non inquit, credenti, aut imagi-
 nanti) quæ pane, & vino exhibentur, in-
 uisibilia, & cœlestia dona, corpus, & san-
 guinem Domini. Vnde sequitur, grauius
 errare Sacramentarios: qui Christum ho-
 minem negant esse, & esse posse, in terris,

Vbi duo, aut tres sunt, in eius nomine, congregati, quæ οὐνάξίς, ἢ οὐαγωγὴ, et si est exigua: tamen est Ecclesia, & regnum Dei, quod intra nos est: eò quod regem gloria, per verbi prædicationē, & vsum Sacramentorum, possidemus. Itaq; & cælum verum illud adest: quod perpetua felicitate definitur. Nam & ibi dextera Dei tota est: ad quam consedit assumptus à toto Verbo Christus Homo. Vt enim neq; à particula Ἐ Λόγου in personæ unitatem assumptus est Mariæ Filius: sed à Verbo toto: sic idem ascendit in cælos, & super omnes cælos: ut omnia impleret, tam supera, quàm infera: & sedet ad Patris sui omnipotentis, nō multapotentis dexteram: quæ est ubiq; tota: non ad eius aliquam particulam, quæ sit, in vno quodā loco, multis schænorū myriadibus à nobis, & à terra remoto, quod cælum homines fanatici comminiscuntur.

αὐτός, μέτρο
σὺν ἀπὸ
Ἰησοῦ,
ἑξήκοντα
στάδιον.

Caput VI.

Contra mi-
 τοσιαισιν πα-
 πιστικῆ: quā
 fanatici ne-
 cessariò se-
 qui ex præ-
 sentia, &
 vniõne dua-
 rum verum
 blaterant,
 & nobis, p-
 calumniā,
 obijciūt.

Quanquam verò panis, propter v-
 niõnem sacramentalem, est corpus
 Christi: vinum sanguis Christi: tamen nõ
 inde conficitur necessariò: panem in cor-
 pus Christi mutari: vinum conuertri in
 sanguinem. Neq; enim Verbum in carnẽ
 transmutatũ est: neq; Spiritus sanctus,
 vel in columbam, vel in halitũ, vel in ve-
 tum, aut etiã flammam, quæ in ore Apo-
 storũ conspiciebantur, conuersus est. Ergo
 neq; panis, neq; vinũ conuertitur in cor-
 pus, & sanguinẽ Christi: sed utrũq; manet
 in sua natura præsens, in hac vniõne, quæ
 ενώσις, vel συνδέσις, duo sunt vnum. Ve-
 rum Apostolus Paulus, istos ratiocina-
 tores clarè confutat. Primum enim Lu-
 cas, & Paulus sic scribunt de cæna secun-
 da parte: τούτο ἔστι τὸ πῶλον ἢ καὶνὸν δια-
 θήκη ἐστίν, ἐν τῷ αἵματι μου, ἢ τῷ ἐγὼ ἵ-
 μῶν ἐκχωρόμενον, vel ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι.
 Hoc poculum nouum testamentum est, in
 meo

meo sanguine: quod (poculum) pro vobis effunditur. Quod dicendi genus Hebraicum, duplici ratione, habet: non solum μελάθεον, verborum translatione. (Nam hac formula idem voluerunt exprimere: quod Matthæus, & Marcus: qui sic loquuntur: ταῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ καὶνὸν διαθήκης. Hic est sanguis meus, qui est novi testamēti) sed etiā παραδαγῆ τῆς νεοθέσεως. Etenim particula ἐν, in, partim unionem ἐνώσων, significat: partim causam, τὸ αἴτιον. Propositio. n. ἐστίν, Hoc poculum, seu vinum, in poculo, ἐστίν nouū testamentum, hoc est, id, quo nouum factus est nobiscum pactum: & quo ipsa remissionis peccatorum promissio est stabilita. Est enim μετανοησία, de qua, in nostra confessione differuimus. Et additur ratio. IN sanguine meo. Ac si diceretur Christus. Poculum ἐστίν nouum testamentum, non propter materiam, aut formam: aut propter vinum, seu fructum vitis, quem continet: sed propter meum sangui-

nem, quem vino, ex poculo hausto, vobis offero, & porrigo, ad bibendum. Recte igitur duo Evangelistæ, Hoc, inquit, est sanguis meus: qui est sanguis proprius novi testamenti. Sed ne quis somniet, poculum, seu vinum esse ἀπλῶς, simpliciter, absolute, & substantialiter sanguinem Christi: & μετὰ βολῆν, καὶ μετὰ πρῶτον statuatur: addidit, calicem, seu vinum, esse ideo suum sanguinem: quia cum vino sit, ἐνώσθ, qua duæ res etiam diversissima sunt, & esse dicuntur vnum. propter quæ Sanguinem, merito poculum, seu vinum, in poculo, est, & dicitur novum fœdus, quod cruore Christi, in cruce profusi, id est, & confirmatum sit: & quod, in usu cœnæ Dominicæ, preciosi sui sanguinis haustu, nobis legata bona, Christus largiatur, atque dispenset. Et, ut Lucas transsubstantiationem refutet, addit (κατὰ τὸ πρῶτον καὶ μετὰ διορισμὸν) τὸ (πόσηρον) ἢ πρὸς ὑμῶν ἐκχυρόμενον. Iam verò poculum, seu potus nequaquam pro nobis effu-

effusum est: nec vinum est illud, quo sumus redempti: sed sanguis Iesu Christi, nos mundat ab omnibus peccatis. Quamobrem poculo, seu vino coniunctus est sanguis Christi, hoc est, sanguis Christi, est in poculo: seu, cum vino, exhibetur. *Ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἡμεῖς* (μετὰ τοῦ οἴνου) sanguis Christi, sed ἐν ὧ, vnione, siue copulatione vtriusq; in vero, & proprio vsu, seu manducatione, & potu. Deinde Calvinistarū, & Zuinglianorum Papisticam, falsamq; consecutionem, de panis, viniq; annihilatione, & mutatione, in corpus, & sanguinem Christi, reijcimus, cum Paulo: qui post recitationē verborum Institutionis, aliquoties, & alternis vicibus, ἀποκαλιῶν vitur appellationibus, panis, & vini. Hæc enim sunt illius verba. Quotiescunque enim comederitis panem hunc, & biberitis ex hoc poculo, &c. *Ἰεὺ, Ἰταq; quis-quis ederit PANEM HUNC, aut biberit de POCULO DOMINI indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini.*

1. Corin. xi.

ΩΣΕ ὅς ἀν' ἐοδίη τ' ἄρτον ΤΟΥΤΟΝ, ἢ
 πίνη τὸ ποτήριον τῶ ΚΥΡΙΟΥ, ἔνοχος
 ἔσται τῷ σώματι & αἵματι & κυρίῳ.
 Est ergo in cæna illa, PANIS: sed HIC,
 nimirum, quem supra, ex narratione τῆς
 Ἀγγέλης, definiuit, ex ORE Filij Dei,
 Hoc (panis) est corpus meum. Poculum
 etiam nominat: sed non vulgare, aut ἀ-
 δέωστον, aut inane, aut vacuum: sed τῆ-
 ρήριον & κυρίου, calicem Domini. Quem
 Christus ipse, verbis suis, antea sacraue-
 rat: ut esset sui veri sanguinis vas, & tan-
 quam vehiculum. Ergo, ut cæna dicitur
 esse Domini: quòd à Domino sit instituta,
 & mādata suæ Ecclesiæ: & quòd Domi-
 nus, ὁ πρὸς Φέρον ipsam instruxerit: se-
 ipsum ὁ πρὸς Φερόμεν & in ea, escam,
 potum ὁ conuiuiis suis præbeat: ita pocu-
 lum Domini vocatur: quòd à Domino
 porrigatur, ex eius mandato: & quòd, in
 eo, Domini sanguis bibendus, ore corpo-
 reo, exhibeatur. Iuxta illud: Hoc (pocu-
 lū) quod accepi, & vobis dedi, & ex quo
 iustit

iussi vos bibere. quemadmodum bibistis
 ex eo OMNES, hoc inquam, est sanguis
 meus, noui testamenti. Mox utitur ijs-
 dem signorum διαδοχῶν, καὶ προσφε-
 ρόντων, nominibus. Probet, inquit, sei-
 psium homo: & sic de ILLO PANE,
 ἐκ τῆς ἄρτου, manducet: & ex ΠΟCVΛΟ
 ILLO, ἐκ τῆς ποτηρίου, bibat.

Caput VII.

Falsa igitur transsubstantiatio Sa-
 crificulorum, & Monachorum Pa-
 pistica est: futilis etiam, & nugatoria Di-
 pnosophistarum semipapistarum conse-
 quentia, atq; cauillatio: si panis sit Christi
 corpus: panem in eius carnem mutari.
 Et quia non fiat μεταβολή, qua elemen-
 torum ἕστικά tollatur: nihil in cœna, seu
 manducatione Orali, ut sic loquar, esse
 reliquum, quàm panem: & in potu vini
 merum adesse. Cum Paulus panis & vini
 retineat vocabula, seu ὀνομασίας, ἢ πρὸς

σηγορίας. At istis & Helleboro, seu Antimonio, ac conspiciillo esset opus; ne ratione cæca, & clausis oculis transilirent continatam historiam, cœnæ repetita, & explicata à Paulo. Quàm enim mente capri sint, & hallucinentur Sacramentarij: dum Dipnosophistico paralogismo ΠΟΤΥΛΟΝ, & ΠΑΝΕΜ nobis obijciunt: cætera quæ sunt his opposita, callidè, vel stolidè potius, prætermittunt, cuius apparet. Non enim dicit Apostolus, τὸ ἄρτον, sed τὸ ἄρτον τῶτον: neq; simpliciter, inquit, τὸ ποτήριον, sed τὸ ποτήριον Ἰησοῦ. quæ supra à Christo sunt, in cœnæ institutionis narratione, definita: panem ESSE corpus suum: poculum, suum esse pro nobis sanguinem profusum. Ad quam explicationem nos Electi illud Christi vas remittit. Eadem est, quod pueri, in Grammaticorum eruditi rudimentis, sciunt, articuli vis, atq; potestas, seu ἰσοδυναμία. Vt cum dicit: καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἄρτος ἐδίετο: καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου

γίου πινέτω. Itaq; Roterodamus rectè cō-
 uertit ista, ad hunc modum. Et sic de IL-
 LO pane edat, & de poculo ILLO bibat.
 Non enim ἀορίσως de quouis pane, aut
 vino differit: sed de pane, & poculo certo,
 nimirum eo, de quo supra ostendit, Chri-
 stum locutum esse, & ad quem se, δ' ἁγίου
 κούσ, pronomiibus, refert Apostolus. De-
 mum perspicuè explicat Paulus Christi
 mentem, suamq; sententiam: quam nobis
 τὸ πρῶτον verborum Cæna institutionis o-
 stendunt. Etenim, ne quis Sacramenta-
 rius nihil, præter visibilia signa, adesse
 præsentia in esu, & potu, vociferaretur:
 & ne quis, siue Berengarianus, siue Pon-
 tificius garriret: si panis sit corpus Chri-
 sti: vinum sanguis Christi: necessariò inde
 sequi τὴν μεταστροφίαν, vel μεταστάσιν,
 transelementationem, seu transsubstan-
 tiationem signorum in res signatas, nec
 duo, quæ sunt ἐν ὄσιν vnum, esse in hoc Sa-
 cramento: sed vñ, quod non κατ' ἰσχύ-
 ος sit ἐν, sed ἀπὸ φύσεως, suaq; natura, v-

Προπίπλις NVM: idcirco, priore capite, *πρεπει-*
 ξis Paulina *παύλινα* ἀλήθει τῇ Διαβολῇ, falsamq; interpre-
 tationem, atq; calumniam anteoccupat:
 ubi symbola dispensationis cibi, potusq;
 caelestis sic definit:

Panis, quem frangimus, nonne commu-
nicatio est corporis Christi?

Et,

Poculum benedictionis, cui benedici-
mus, nunquid communicatio est san-
guinis Christi?

Hac loquitur Apostolus τοῖς Φρο-
νίμοις, prudentibus: quibus iudicium de
sua permittit sententia. κριναὶ ὑμῶν, in-
quit, ὁ λέγω. Ergo & nos prudentibus iu-
dicium permittimus: non prudentibus iu-
cundum carnem: sed prudentibus secun-
dum spiritum: qui intelligunt scripturas,
& virtutem Dei. Quid? An non diserti
Paulus exponit: quot res adsint, distri-
buantur, & sumantur in cœna Domini?
Quas præterea sit earum copulatio, quam
ἔνωσιν μυστικῶν vocant? Quid deniq; sit
 xviii

κοινωνία, communicatio, non obscure si-
 gnificat. Idq; ex verbis εὐχαριστίας, quā
 sequenti capite subiungit, luce meridiana
 clarius fieri potest. Cum igitur dicit: pa-
 nis, quem frangimus: fatetur panem ad-
 esse, & manere: eumq; frangi: quod ἡ
 βραχίον omnibus constat esse distributio-
 nis verbum. Ac dominus ipse fregit, &
 dedit discipulis suis panem. At dare, δι-
 δόσθαι, dispensationis est. Quid autem est
 ille panis fractus, & datus? Est, inquit,
 κοινωνία, communicatio, hoc est, ἡ τῆς ἀε-
 ρου κλάσις, communicatio est, seu distri-
 butio, & exhibitio, κλάσις, ἡ γουω ἀε-
 ρου κλάσις, καὶ δόσις. Cuius verò rei? Cor-
 poris Christi. Est igitur panis distributus
 corpus Christi exhibitum, & datum ad
 manducandum. Hoc est, panis quoddam
 veluti instrumentum est, quo corpus Chri-
 sti totum singulis, hunc panem fractū,
 per particulas sumentibus, dispensatur.
 Ex quibus perspicuum est: utrunq; con-
 iunctum esse: panem, qui est distributio-

ἄριστος ὁ κλάσις
 μένος, ἐστὶ τὸ
 σῶμα τῆς Χρισ-
 τοῦ κλάσις

nis organum, seu communicatio: & corpus Christi, quod pane exhibetur. Unde sequitur, harum duarum rerum esse ἐνώσιον, & σὺνάφειον, non μετασχηματισμὸν. Itaque neutra in alteram transformatur. Hinc etiam fit manifestum.

κοινωνία hic non significat consociationem cum corpore Christi, aut ius in eo.

κοινωνίαν non esse ius, aut societatem, cum corpore Christi: quæ nobis est cum eo etiam extra cœnæ usum, atque perceptionem: sed esse δόσιν, καὶ λήψιν, exhibitionem, & summptionem. Communicat enim Christus panem suis discipulis, qui panis est corpus eius: & hi accipiunt, atque manducant panem, qui est corpus Christi. Iuxta illud, Accipite, edite, Hoc est corpus meum.

Caput VIII.

Vinum non transmutatur, aut convertitur in sanguinem Christi, ut somniat πο-

Eodem planè modo partem alteram definit Paulus: τὸ ποτήριον τοῦ λόγιου, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐστὶν; Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne commu-

nica-

nicatio, atque participatio est sanguinis
 Christi? Vt igitur panis est corpus Chri-
 sti, non conuersione vnius in alterum, sed
 vnione vtriusq; presentis in vsu, hoc est,
 ἐν τῇ κοινωνίᾳ: sic poculum ἑὸν λόγιον, τηριολάτραι,
vel οἰνολά-
τραι Papi-
στᾶ.
 seu potus, cui benedicimus, est quidē san-
 guis Christi: sed non transsubstantiatio-
 ne huius potus in Christi sanguinem: ve-
 rum copulatione illa sacramentali, τῇ μυσ-
 τικῇ ἐνώσει: qua sanguis Christi vino præ-
 sens est, in proprio vsu, seu ἐν τῇ κοινω-
 νίᾳ, quæ est non solum μετάδοσις, ἢ δια-
 μερισμός, distributio, dispensatio, & ex-
 hibitio: qua porrigitur, & datur, per mi-
 nisterium, communicantibus potus, qui
 est & sanguis Christi: verum etiam με-
 τάληψις, ἢ μετοχή, sumptio, & partici-
 patio: qua percipitur bibēdo, quod fit ore
 corporeo, fructus vitis: sed non simplici-
 ter in calice vinum est: sed vinum, quod
 est & sanguis Christi. Iuxta illud: Hoc est
 sanguis meus, noui testamenti. Et, Hic
 calix est nouum testamentum in sangui-
 ne meo.

ne meo. Potus enim non esset noui testa-
 menti: nisi sanguinem Christi contineret.
 Itaq; duo sunt rerum genera coniuncta,
 sed distincta, nō commixta, aut transmuta-
 tata, in cœnæ communionē. Extra quam
 κοινωνία, ἢ δόσις, & λήψις, non est du-
 rabilis copulatio. Elementa enim absum-
 untur: Christus sumptus non absumit-
 tur: sed manet in ijs, qui & in ipso ma-
 nent, seruator, & viuificator. Ex his
 perspicuum est: τὸ μέλοχλὼ esse & κοι-
 νωσίας partem. Illa enim est & distri-
 butionis, & perceptionis: hæc tantum
 est sumptionis, & descentium, atq; biben-
 tium. Hinc apud Paulum sunt istæ
 φράσεις, ac locutionum formulæ: τῆς πα-
 τῆς κυρίου μετέχων, mensæ Domini parti-
 cipare: quod est non tantum, τὸ ποτή-
 ριον κυρίου πίνειν, poculum Domini bi-
 bere: sed etiam ἐκ τῆς ἐνὸς ἄρτης μετέχων.
 ex eodem pane participare. Omnis igitur
 μέτοχος, est κοινωνὸς τῆς τῆς πατῆς τῆς
 κυρίου. Non autem omnis κοινωνῶν est
 μέτο-

κοινωνία, et
 μετοχή dif-
 ferūt vt to-
 tū, & pars.

μέτοχος, ἢ κοινωνός. Nam κοινωνεῖν, cō-
 municare, est etiā eius, qui communicat,
 & communiter dat, ac distribuit commu-
 ne illud bonum cœleste: quod nouo testa-
 mento à Christo Ecclesiæ suæ legatū est:
 ut est corpus, & sanguis Domini, in re-
 missionem peccatorum. Quæ causa est, ut
 eodem in loco, ubi de sacrificijs loquitur
 Apostolus, verbum ἐδίδειν, edendi, ex-
 plicet: nihil aliud esse, quàm κοινωνὸν εἶ-
 ναι, participem esse eius rei, quam man-
 ducat. Οὐχὶ ἐδίδοντες τὰς θυσίας, κοινω-
 νοὶ ἐθυσιασθέντων εἰσίν; Nonne, qui edunt
 victimas: participes sacrificij sunt? Id
 est, de altari communis sacrificij ex ijs
 quisq; suam partem sumit? Et ubi lo-
 quitur de Gentium sacrificijs, & ijs, quæ
 simulachris, & demonijs immolant, quæ
 dicuntur εἰδωλόθυτα, utitur iisdem ge-
 neribus loquendi. & δὴ αὐτὸ ποτήριον
 κυρίου πίνετε, καὶ ποτήριον δαιμονίων.
 Non potestis poculum Domini bibere: &
 poculum Dæmoniorum. Et continenter:
 & δὴ αὐ-

ἔδωκεν τραπεζῆς κυρίου μετέχειν
καὶ τραπεζῆς δαιμονίων. Zugleich
theilhaftig sein. Non potestis men-
se Domini participes esse: & mensae Da-

Nemo po-
test duobus
Dominis
seruire.

moniorum. Ex quibus locis perspicitur
test: quid sit κοινωνὸν εἶναι: & quid sit
κοινωνία, in huius sacramenti usu. Nam
si ad personam refertur hoc vocabulum:

De partici-
pationis, cō-
municatio-
nis, & con-
sortij istis
verbis, Ro-
manor. 15.
Ephes. 5.
Heb. 1. 3. 5.
6. 12. Apo-
cal. 1. et 18.

significat etiam consortem esse alicuius:
ut ibidem: & θέλω δε ὑμᾶς κοινωνῆς τῶν
δαιμονίων γίνεσθαι. nolo autem vos con-
sortes Dæmoniorum esse, Ich will nit
das jr in der Teuffel gemeinschaft
sein solt. Cōstat enim hic κοινωνεῖν τινος
esse nihil aliud, quàm commercium ha-
bere cum aliquo. Quemadmodum 2. Cor.

6. τίς γὰρ μελοχῆ δικαιοσύνη, ἢ ἀνομία
τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς
δέ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; τίς
τίς μερίς πιστῶ μὲν ἀπίστου; τίς δὲ συγ-
κατάθεσις ναῶ θεοῦ μὲν εἰδώλων; ὑμεῖς
γὰρ ναὸς θεοῦ ἐσεὶ ζῶντες, καθὼς εἶπεν ὁ
θεός: ὅτι ΕΝ ΟΙΚΗΣΩ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμὲ
παύσει

ἡπιπατήσω. Quòd enim in superioribus κοινωνία significet δόσιν, Ἐλῆψεν, non societatem cum Christo, aut ius in eius corpore, & sanguine, aut omnium illius beneficiorum, atq; meritorū perceptionem, inde etiam patet: quòd impij multi, ἀμετανόητοι, atque hypocritæ, communicant cœnæ Domini: sed spiritualium bonorū, ipsiusq; sumpti corporis, et sanguinis Christi, fructus nequaquam fiunt participes.

Caput IX.

Sed longius ab instituto digressa est nostra oratio. Ad substantiam igitur cœnæ Dominicæ reuertamur. Constat enim corpus, & sanguinem Christi esse naturas, quas ὁσίου Dialectici nominant. Panem etiam, & vinum, seu pocum, aut etiam poculum, ad idem referri prædicamentum. Est enim panis, cibus à pistore coctus, ex farina, aqua, & fermento. Quamquam hic panis in Paschatis celebratione non

ne non fermentatus (ἀζυμῶς) fuit. Et agnus ipse, huius est ordinis. Quà verò hostia, seu victima, ἱσσία, fuit: inter alio relata inuenitur. Ergo & vinum, potus, ac vitis fructus, γέννημα τῆ ἀμπέλους, ipsum etiam poculum, τὸ ποτήριον, & omne vasis genus, sunt huius primi ordinis. Verum simpliciter, & absolute, hoc est, extra cœnæ usum, seu κοινωνίαν, distributionem, & sumptionem, quæ λήψις est posita ἐν τῷ εὐαγγέλιῳ, & ἐν τῷ πίνειν: quæ actiones sunt σωματικαὶ, & σωματικαὶ.

Panis est
in hoc loco
τῶν πρόσ τι.

At panis in sacramenti huius vero usu, est τῶν πρόσ τι. Est enim ἄζυτος, ὃν κλάωμεν, panis, quem frangimus: qui non est iam amplius ἄζυτος, mutua enim est illi cum eo, quod per eum fractum, seu distributum, exhibetur, & dispensatur, quædam affectio, mutuusque respectus, ἀμειψιότης. Ergo panis iste, est rei, quæ panis exhibetur panis, hoc est, corporis Christi: seu panis est id, quo corpus Christi distribuitur vescentibus in cœna: seu panis, quem

quem frangimus, est cibus terrenus, cum quo corpus Christi, cibus cœlestis cœnantibus offertur. Nō est autem panis rei impanatæ panis, ut sic loquamur. Nulla. n. in sacramentali vnione fingi debet ἐνάργεως, impanatio: quam nonnulli stolidè ex presentia vtriusq; rerum generis, in hoc sacramento, inferunt: nobisq; obijciunt. Scitè igitur Paulus addidit τὸ ἄρτον, panis vsum. Panis enim extra κλάσιν, est merus panis, & ἄσπλα. Sed dū frangitur, aliud respicit: id nimirum, quod per eum dispensatur. Panis igitur, quem frangimus, est corpus Christi: quod distribuitur, quod munus est Christi, Apostolorū, & ministrorum Ecclesiæ. Et panis, quem frangunt illi, est corpus Christi, quod cum eo distribuunt. Itaq; ἐν τῷ ἄρτι κλάσις, fractio panis, est nihil aliud, quàm ἐν τῷ σώματι, & Χριστοῦ κλάσις, ἡγοιω μετέδοσις, corporis Christi distributio. Vnde Paulus, τῷ ἄρτι (ὁ ἄρτι κλάσιν) μὲ ἐστὶ τὸ σῶμα: τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλάσιν.

E Tri-

Tribuit enim corpori τὸ κλάσιν, fra-
 ctionem: eò quòd, non panis tantum, sed
 etiã corpus Christi frangatur, hoc est, in-
 ter vescentes distribuatur. Eadem est τῆς
 πὸ ἡρώου natura in usu, extra quem nul-
 la ei adheret sacramentalis relatio. Qua
 causa est, ut propter verbum precatiõnis,
 δι' εὐχῆς λόγου, ut Iustinus Martyr lo-
 quitur, calix à Paulo Apostolo nomine-
 tur benedictionis, & ὁ λογίας, cui bene-
 dicimus, ὁ ὁ λογῆμα. Quia iam non est
 profanus, sed sacer, benedictus, & conse-
 cratus, sanguine Domini. Eamque ob-
 rem ab eodem poculum Domini, τὸ πὸ ἡ-
 ἔρον κυρίῳ, nuncupatur. Iam igitur est ἡ
 πρὸς τι. Poculum enim eius rei, quæ po-
 culo continetur, seu ipsius potus, est pocu-
 lum, hoc est, sanguinis Christi, qui est no-
 ui testamenti. Non igitur in illo est sim-
 pliciter, & ἀχέτως, fructus vitis: sed po-
 tus, qui est & sanguis Christi, pro nobis
 effusus, in cruce. Item, vinum (nam hic
 continens, pro contento ponitur) est eius
 rii,

Poculum
 in hac cau-
 sa non est
 οὐσία sim-
 pliciter, sed
 relatiuum
 nomen.

rei, quæ cum vino exhibetur, ad bibendū, id est, sanguinis Christi. Est enim hoc poculum nouum testamentum, non ex se, aut quia vinum continet: sed, *ὡς τὸ αἶμα* *πατρὸς*, inquit Christus. In sanguine enim eius vis noui fœderis consistit: & propter eius sanguinem, quem continet poculum, quem exhibet, quem haurimus ore, quem post cœnam in crucis ara profudit, pro humano genere, testamentum nouum est, & nuncupatur. Ad hanc *ἕξιον* illarum rerum Paulus respexit, qui panem, & poculum *HO C.*, non definit ex substantiæ prædicamento: sed ex relatorum natura. Panis, quem frangimus, est communicatio corporis Christi: poculum, cui benedicimus, est communicatio sanguinis Christi.

Caput X.

Verùm de substantijs, quæ cœnam, ut causa efficiens, materia, atque

Cause cœ-
na seu sum-
ptiōis Chri-
sti, quæ sit
ore.

forma, constituunt: & τὸ ὄντως οὐ καὶ τὰ
αἰτία sunt, haftenus. Christus enim causa
huius autor est: eiusq; verbum, atq; insti-
tutio, est causa huius conuiuij. Materias
& instrumenta sunt, corpus, & sanguis
Domini: adeoq; totus Christus: panis, &
vinum. Forma, est communicatio, quæ
consistit in accipiendo, frangendo, dando,
pronunciando: panem esse corpus, vinum
esse sanguinem Christi: deniq; in mandu-
cando, & bibendo. Sed illa κωμωδία, &
hæ actiones, sunt aliorum attributorum:
sicut & finis: qui est, hoc sæpius facere, sci-
licet, communicare, in Christi memoriam,
& Domini mortem annunciare. Quæ re-
cordatione, per fidem, applicamus nobis
hæc verba, Quod (corpus) pro VOBIS
traditur: qui (sanguis) pro VOBIS, &
pro multis, effunditur in remissionem pec-
catorum: quam morte sua Dominus no-
bis, à suo cœlesti patre, impetrauit. Exem-
pla substantiarum, quæ τὸν ἄρα τὸν
τῶν δεικνύσιν præcurrunt, hæc omitemus.
Reli-

Reliqua apud Paulum in negotio Eucharistico, duntaxat indicabimus: ut τῶν ἐπισημοῦν εἰγματα Theologia, & Dialectices studiosi, hac ratione considerent.

Domus, οἶκος, & οἰκία. Ut, si quis esurit, domi edat. εἰ δὲ τις πεινᾷ: ἐν οἴκῳ ἐδίετω.

Item,

Num sanè domos non habetis, ad edendum, & bibendum? μή γὰρ οἰκίας ἔχετε, εἰς τὸ ἐδίεω, καὶ πίνω;

Corinthij lautiores, cœnæ Dominicæ, in

Ut enim opponit τῷ κυριακῷ δείπνῳ τὸ ἴδιον δείπνον, Dominicā cœnam, privæ: quam non in Ecclesia, sed in ædibus privatis debeant sumere: sic domos Ecclesiæ, & publicæ congregationi opponit.

publicis cōgressibus, ἔπρονεβαν

De quo cœtu illa sunt: σωματάρχαι εἰς τὸ φαγεῖν. Item, εἰς τὸ κρείττον σωματάρχει. Et, σωματάρχων μὴ γὰρ ὑμῶν ἐν τῇ Εκκλησίᾳ. Deniq, σωματάρχων οὐκ ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτό. Huc illa pertinent: ἵνα μὴ εἰς κρέμα σωματάρχειτε. Et, εἰς τὸ κρείττον σωματάρχειτε. Ecclesiam etiā

cœnam vulgare: quod προλαβάνειν vocat, ἐν τῷ φαγεῖν & ebrij erant. Teniores, q non habebant, non ideoq, esuriebant.

μεταφορικῶς nominat σῶμα, corpus.
 Quoniā vnus panis: vñ corpus multi sumus. Sed hæc ad τὰ πρὸς τι referuntur.

Species. Θυσιασθῆμον, altare. Nonne, qui edunt
 victimas, participes sunt altaris, id
 est, sacrificij? κατὰ μετωνυμίαν. ἔτι
 ἰδιόκλητες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τῆς θυ-
 σιασθῆριου εἰσίν;

Species. Τράπεζα, mensa. vt, Non potestis men-
 se Domini participes esse, & mensæ
 Dæmoniorum. ἔτι δὲ ὡς δεξιά τῆς
 Indiuuidua. κυρίου μελέχεν, ἔτι δεξιά τῆς δαίμων-
 νίων.

Caput XI.

AT que hæc sunt exempla τῶν ὄντων
 ἔσιων, verarum substantiarum:
 sequuntur ea, quæ etsi non sunt proprie
 in hoc ordine locata: tamen, quia, vt ἔ-
 σία, solent considerari, ijs ἄλλα attribui-
 buuntur, quæ sunt aduentitia, atq; for-
 tuita, ἔσιων, ἔτι ἐποσειῶδη nominantur.
 Cuius-

τὰ ὄσειῶδη,
 καὶ ἐπὶ ἔσιων
 ἀν.

Cuiusmodi est Totum, vel res vniuersa, τὸ ὅλον, & quæ ad id adhibentur: vt definitio, quæ quasi euoluit id, de quo quaeritur: vt partium enumeratio, vt notatio verbi.

TOTIVS TRIPARTITA
consideratio.

In quaestione, seu proposito. Cicero totum uocat, de quo differitur. Graeci προβληματικόν.

Ordine, atque collo-
catione, τῆ
τάξεα. Aut
enim est

Extra quaestionem: ἕξω
τῆ προβλήμα-
τος. In cuius
inquisitione,
πορείᾳ, ἡγε-
σθιο, sit aut

Ἀνω, sursum
uersus. Cum ui-
detur, sit ne aliud,
supra illud, quod
uocatur in discep-
tationem, Totum.

Ἐπι
τὰ

κάτω, ad inferio-
ra. Res enim uni-
uersa ex partium
coitione etiā con-
ficitur.

Notatio uerbi.

Ἐπι τὰ
πλάγια:
ad latera.
In quibus
reperiuntur

Pro-
priū.
Defini-
tio, in
qua cō-
sideran-
tur
Diffe-
ren-
tiae.

Totū
verò il-
lud cō-
sidera-
tur, tū

♀

♀

Reciproca-
tione, vel
consecutio-
ne, τῆ ἀντι-
τροφοῦ. Est
enim vel

ἀντίτροφον. Re-
trorsus enim cū
toto προβλημα-
τικῷ com meat

μὴ ἀντίτροφον. Cū
toto enim illo non
reciprocatur supe-
rius totum. Vt,

Eodem, atq; diuer-
so, κατὰ τὸ διαφέ-
ρον, καὶ ταυτοῦ. Nā
totum in proble-
mate vel est cum
alijs suis totis

Idem nu-
mero, ἀν-
τὸ. Vt,

Diuer-
sum, &
aliud, ἐν-
τροφ. Vt,

Notatio verbi,

Definitio.

Partium conglobatio,
ἀσφοδισ.

Genus, cum specie.

Differentia, cum ead-
em, si desint alij
πληρωτικαί.

Species, cum indiuis-
duo, seu integro.

Notatio verbi.

Definitio.

Proprium.

Partium coitio.

Genus.

Differentia.

Species.

Individuum. seu inte-
grum, & eius aliqua pars,
quæ & ipsa totum quæ-
piam est.

Exemplorum subiectio,
& accommodatio.

I. TOTVM $\omega\theta\epsilon\lambda\eta\mu\alpha\iota\kappa\acute{o}\nu$.

Iam però in hac disceptatione, totum de quo differitur, est Cæna Dominica. Habet enim supra se aliud totum generale: ipsa etiam totius naturam habet, ex suis constans partibus.

II. TOTVM $\alpha\nu\acute{\omega}\tau\epsilon\rho\omicron\nu$, καὶ $\omega\lambda\alpha\acute{\iota}\upsilon\tau\epsilon\rho\omicron\nu$.

Cæna Dominica superius totū, et latius habet, omnem cænam ($\omega\acute{\alpha}\nu$ $\delta\epsilon\acute{\iota}\pi\mu\omicron\nu$) siue publica illa sit, siue privata: & siue domi sumatur, siue etiam foris. Hæc igitur differunt, ut species, & genus. Est etiam supra cænam, aliud totum, Manducatio, ἡ βρωσις, & potus, ἡ πόσις. Supra hæc duo est & aliud totum collocatum, Sumptio, ἡ λήψις. Ut ex hoc diagrammate intelligi potest.

SUMPTIO, λήψις,
alia fit

Mente, & spiritu,
seu fide. quæ impro-
priè dicitur sum-
ptio.

Corporis
sensibus,
& orga-
nis.

Et dicitur

Πνευματικὴν, spiri-
tualis māducatio,
& potus, de quo
differit Christus,
Ioan. sexto capite.

Σωματικὴν,
corporalis. e-
a^q propriè fit
instrume-
tis

Aliorum sen-
sum:

Gustatus
vt ORE
corporea.

Visus. Auditus. Olfactus. Tactus.

⊙ Rursus, quæ sumptio fit *σώματι*
τῷ σώματι ⊙, ea est vel

Stati tempo-
 ris, tum

Non stati. ut

Matutini.

Vespertini.

Quævis cu-
 iusvis homi-
 nis, vel ani-
 mantis esus,
 aut potus.

Compotatio,
συμπόσιον. Et
 conuiuia in-
 tempetius.

Prandium,
τὸ ἀειψόν.

Cæna, τὸ
δέειπνον.
 Iam Cæna
 omnis aut
 est

Concænatio,
συνδείπνον.

Publica.

Civilis, ut
 publicum
 aliquod e-
 pulum.

Ecclesiastica,
 ut COENA
 DOMINI-
 ca. Huc esus
 agni paschalis,
 & sacrificiorū
 veteris Testa-
 menti possunt
 accommodari.

Privata, & οἰ-
 κονομική. quā
 quis edit, vel

Domi, Cætu pu-
ἐν οἴκῳ. blico Ec-
 clesiae. Ut
 fecerunt Corin-
θηϊ ἄτακτοι, καὶ
βίβλοιοι.

TOTVM, quod ex partium
frequentatione conficitur.

Caput XII.

Cœna igitur genus est: cuius species
est, cœna Dominica. nam eam con-
stituit hæc *Δε φερὰ εἰδοποιός, καὶ συζη-
τικὴ, τὸ κυριακόν.* Sed illa in formas ali-
as non diducitur. In singulas enim dicitur
taxat cœnas diuiditur: quæ temporibus

Prima cœ-
na Domi-
nica, fons,
& origo cœ-
terarum.

& locis differunt. Est enim cœna Domi-
nica, alia prima: quam ipse Dominus in-
stituit, & cum duodecim suis celebravit
discipulis, & Apostolis, ante mortem, re-
surrectionem, & ascensionem suam in
celos. Ac fundamentum est, & perpetua
forma, seu τύπος, reliquarum omnium
cœnarum: quæ in Ecclesia peraguntur
vsq; ad visibilem Christi reditum, in die
illo postremo, quo veniet ad iudicium.
Estq; testamentum nouum, non solû pro-
batum, sed etiam ante comprobatum, à
Christo

Christo conditore, quàm ascenderet in cæ-
los visibiliter: quæ δραθήκη καινή dicitur
κακερωμένη πρὸ τοῦ κυρίου.

Itaq; hi articuli, Ascendit in cælos: se- Articuli
symboli nō
det ad dexteram Patris omnipotentis, faciunt cæ-
non faciunt illam irritam: ὅτι ἀκυροῦσι, nam irritā.
εἰς τὸ καλεῖσθαι τὴν παρθεσίαν τοῦ
Χριστοῦ. Nam si κεκερωμένη, vel κακε-
ρωμένη fuit ante glorificationem: qua
post κένωσιν, & ταπείνωσιν, Christus e-
xaltatus est à Deo: & si in prima cæna
(in qua visibiliter in terris, non in remo-
tissimo quodam cælo nouo, & cōfictō, præ-
sens adfuit coram) præstitit, quod insti-
tuit, mandauit, promisit, præsentis scili-
cet sui corporis, & sanguinis viui, & vi-
uificantis, si dignè sumantur, manduca-
tionem, & potum, quæ sunt bonorum le-
gatorum, remissionis peccatorum, certis-
sima σφραγίς, atq; obsignatio: multò ma-
gis hoc, post traditam sibi omnem ἐξουσί-
αν, potestatem, in cælis, & terris, præsta-
bit: ut ipse, quamuis ἀόρατος, tamen re-
uera,

uera, in sua Ecclesia totus, Deus, & ho-
 mo præsens, ubiq; sit, & propterea etiam
 in cæna: distribuens ipse, per ministerium
 suæ Ecclesiæ, corpus, & sanguinem suum.
 Id quod verax, & omnipotens Dominus
 clarè promisit se facturum. Nam si illi
 Πᾶσα ἔξουσία, tradita est (ho-
 mini inquam Christo. Deus enim Chri-
 stus eam ab æterno, cum Patre, & Spiri-
 tu Sancto ex se habuit) sequitur, ei quod
 datam esse potestatem, qua sibi potest sui
 iicere omnia, tempus, & locum: & qua po-
 test ubiq; esse totus: quæ sanè est propria
 hominis Christi ἔξουσία, sed tradita à
 Deo. Itaq; ἐδόθη αὐτῷ πᾶσα ἔξουσία, καὶ
 ἐγενῶ, καὶ ἰπὶ ᾧ. Ergo iuxta has pre-
 missiones singularium præsentiarum, &
 patefactionum, Christus, Deus, & homo
 præsentissimus est. Non relinquam vos
 orphanos: venio ad vos: ἐρχομαι πρὸς
 ὑμᾶς. Ioan. 14. Item, Vbi duo, aut tres
 congregati sunt (συνηγμένοι) in nomine
 meo: EGO SUM in MEDIO illorū. Mat.

A toto vni
 uersali.

Matth. 18. Et, Ego vobiscum sum (μεθ' ὑμῶν εἰμι) OMNIBVS DIEBVS, usq; ad finem mundi. Hæc sunt illustra, voluntatis Christi, de sua præsentia, testimonia. Sed ἐξουσίας huius sunt ista evidentißima. Itaq; Deus illum in summã extulit sublimitatem (ὑπερῦψοσε) & donavit illi nomen, quod est supra omne nomen. vt, in nomine IESV se flectat OMNE genu, cœlestium, terrestrium, & inferorum: omnisq; lingua confiteatur: quòd Dominus IESVS Christus, sit ad GLORIAM, εἰς δόξαν, Dei Patris. Ἰτε, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ ΠΑΣΗΣ δέχης, καὶ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. Quæ est non tam auctoritatis, quàm potentia, seu potestatis REGNANTIS VBIQVE Christi. Eamq; ob causam additur distributio præcipuarum partium in cælo (Ergo etiam in aëre, aduersus principem, cui est æris potestas, κατὰ τὸ ἄρχοντ' & ἐξουσίας τῆς ἀέρος) & in TERRA, ergo in mari, ergo in ΤΟΤΟ Mundo: eiusq; crea-

ὑπερῦψοσε
 τοῦ Χριστοῦ.

Ad Philip.

2. Heb. 2.

Rom. 14.

Esai. 45.

Sacramen-
tariorum
ἀδότης.

Pontificio-
rum sacrifi-
culorum, et
Mamacho-
rum ἀδότη-
ς, καὶ ἱε-
ρατικῆς in
Missæ.

tis rebus omnibus. Non enim solum in
cœlesti regno hæc ἐξουσία est Christo ho-
mini tradita. In malam crucem igitur
ἀβείησις Sacramentariorum: qui
reijciunt huius Testamenti signaculum:
& irritam, quantum in ipsis est, faciunt
præsentiam corporis, & sanguinis Chri-
sti, in cœna, sex manducatione, & potu.
Eis κόρυμβος etiam βαλάντω Papiσταῖ
non solum ἀβείησις: sed etiam Ἰνδιάνω
ἔις. Isti enim testamentū δευτερονομί-
ων non modò reijciunt: sed etiam ei mul-
ta addunt. Verum enim vsum cœnæ mu-
tilant: dum alteram partem auferunt pu-
pulo. In formam etiam aliam transmu-
tant: dum ex sacramento faciunt sacrifi-
ciū, & Christi oblationem fieri in suis mis-
sis somniant, pro viuis, & mortuis, & pro
omnium actionum felici, & prospero even-
tu. Atqui nihil offertur in cœna Domini,
præter sacrificium laudis, & Ἐξαγγελία
& Ἐλογίας: sed contrà nobis Christus of-
fert, atq; exhibet se, nō sacrificium cruen-
tium.

tum, sed hostiam viuam, seu potius alimonia, & potum sustentantem fideles, ad vitam sempiternam. Hactenus de cœna prima. Secunda igitur est temporis insequentis, à resurrectione, & ascensu Christi in cœlos. Verbi gratia, ut fuit cœna, quam Paulus celebravit cum Corinthijs: quæ forma est, atq; exemplum libertatis Ecclesiastici ministerij, in rebus indifferentibus, seu ἀδιαφόροις. Retinuit enim in eoritu, Christi institutionem, & omnia εἰσώδη: sed reliqua περιεπιλήνα, non necessaria διέταξε. Vnde perspicitur potest: cælicem quoq; ut Christus præcepit, porrigendum esse, non solum sacerdotibus, seu clericis: sed etiam populo, vel laicis. Capite præcedenti idem Apostolus ἐπιλυσεῖται, ἢ ἐξήγησεν tradit verborum Christi, Hoc est corpus meum. Hoc est sanguis meus: contra Dipnosophistas, & Papiastas. Alterum igitur tempus, quod est Apostolorum, & eorundem Ecclesiarum, secundam veluti cœnam constituit.

Secunda
cœna Do-
mini.

F Ter-

Tertium
tempus cœ-
narum Do-
minicarū.

Διαιρέσις ἀ-
όριστος, divi-
sio infinita
Ergo for-
marum.

ὑποδιαιρέ-
σις, etiam ἢ
κατὰ συμ-
βάνος.

Tertium est tempus cœnarum Domi-
nicarū, quæ celebratæ sunt, & celebrantur
& deinceps celebrabuntur, vsq; ad consum-
mationē seculi, ἕως σωτηρίας & αἰώνος.

Iuxta illud, ἀρχὴς οὐ ἀνέληθη. Ergo ter-
tia species cœnæ Domini est eorum, qui
Apostolis successerunt. Iam, ut hæc di-
stributio temporum est: ita eius

διαιρέσις, & temporum est, & locorum.
Alia enim cœnæ in primitiua Ecclesia
celebratæ fuerunt: alia insequentibus æ-
tatibus: alia nostro seculo celebrantur.
Præterea sunt, quæ in Asia, quæ in Gre-
cia, quæ in Italia, Hispania, Gallia, Ger-
mania peraguntur. Alia quæ Vitebergæ,
alia quæ Argentina, & alijs in locis, ce-
lebrantur. Ex quibus individua facile
animaduerti possunt. Vt, Hæc, vel illa
cœna, ab hoc, vel illo successore Aposto-
lorum, aliquo ex Patribus, ut Augusti-
no, aut ministro Christi, ut Luthero,
cum hac, vel illa Ecclesia, celebrata.

Atq; hæc est illa προοίη ἢ Ἰπὶ τὰ κεί-
τη.

τω. qua nimirum progressio fit à toto, quod est in questione, ad inferiora, hoc est, eius partes, quæ vel sunt formæ, vel individua, seu cœnæ singulares. Sed hæc ipsa καθεξᾶς, singula, integri obtinent naturam. In hac enim & illa, & ista cœna, panis, & corpus Christi totum sunt ἐν ὅλῳ, ὄνιων: poculum item, & sanguis Domini sunt quoddam totum, ὡς δὲ σμῶ, ὡς δὲ σμῶ, copulatione. Nam partes sunt, res terrena, panis, & fructus vitis: corpus, & sanguis Christi, si, extra ὄνιον, per se considerentur. Imò totus Christus adest in cœna. Ideoq; Deus, & homo. Iam Deus totum est, sed ἀμέλειον. Homo etiam integrum est, constans ex anima, quæ est ἀμέλειος, & corpore, quod ex partibus integralibus, alijsq; constat. Hæc etiam, & ista, illa cœna dividitur in partes duas: in substantiam uniuscuiusq; cœnæ: ad quam pertinent illa verba: Hoc est corpus meum. Hoc est sanguis meus. Quæ ἀπόφανσις ὁμοιωτική, est τῆ δειπνοῦ, seu

Integrum, eiusq; partes, ἐλόυθη σοι, q̄ sunt totum, priusnam συνάφια δύοιν, deinde καὶ ἐν τῷ

Partes principales cœnæ, κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν.

rerum cœnandarum ἁγίας. Altera pars
 est, non cuiusq; perceptionis, sed digna,
 hoc est, fructus cœnæ, aut manducatio-
 nis, & potus corporis, & sanguinis Chri-
 sti. Habetq; nouam ἐπιβολήν, ἢ πρόσθετον.
 Hoc facite, in mei commemorationem.
 Quotiescunque enim comederitis panem
 hunc, & ex poculo hoc biberitis, mortem
 Domini p̄dicatote. Ista enim ἀνάμνησις,
 ἢ κ̄τ̄ελία τῆς θανάτου Ἰησοῦ, non est
 omnium cœnantium: sed eorum, quos do-
 κίμους, probatos nominat Apostolus: qui
 & corpus Domini, & se dijudicant: & re-
 ra pœnitentia, rectaq; fide instructi, ad
 mensam Domini accedunt.

Caput XIII.

De Toto, quod in late-
 ribus collocatur.

NOTATIO VERBI.
AD totum autem illud, de quo dis-
 seritur, non solum partium adbi-
 betur

ad minimum. Iuxta illud: ubi duo, aut tres, συναγμένοι, congregati sunt in nomine meo, EGO sum in medio eorum. Et enim cœna est dantis, & sumentis tū panis, qui est corpus Christi, tū poculum, quod est sanguis Christi, cœna, hoc est, sumptio, quæ fit ore corporeo. Est igitur συναγμένοι duorum, trium, aut plurium: qui in nomine Christi congregantur, pro ratione temporum, seruata institutione integra. Neq; enim cœna non est: si non in augusto loco peragatur. Neq; propterea clinica est, & priuata: si agrotanti præbeatur. Id quod fit, alijs quoq; presentibus, ijsq; vel vnâ communicantibus, vel precantibus, & inuocantibus Deum, per Christum. Nec Christus cœnam primam in templo, sed in domo patris familiâs celebravit. Neq; verò de substantia est cœnæ, ædificium magnificè extructum. Sed tamen celebranda est ab Ecclesia: extra casum illum, de quo dixi, in publicis locis, seu templis, quæ sunt, propter congressus frequentes.

quentiores adificata. Idē Paulus Corin-
 thi fecit. Ac iubet σωερχεσθ' εν τῇ ἐκ-
 κλησίᾳ, Ἰπὶ τῷ αὐτῷ, εἰς τὸ φαγεῖν, εἰς
 τὸ κρεῖττον, non εἰς τὸ ἥττον, Ἐ εἰς τὸ κρι-
 μα. Vult igitur, vt, qui Christo nomē de-
 derunt, conueniāt, in Ecclesia, in eundem
 locū, ad qd? non ad spectandū: non ad cir-
 cumgestandum: non ad missificandum:
 vel sacrificandum: non ad adorandum
 panem: sed εἰς τὸ φαγεῖν, ad comedendū,
 nempe cœnam Dominicam: quod vocat
 κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. Vult, vt in
 melius, non deterius, conueniant, seu ad
 condemnationem: sicut faciunt ij, qui nō
 seruant institutionem Christi, ritumq; ve-
 ræ cœnæ: sed in quibus ἄρχοι χι-
 σματῶ, καὶ ἐν οἷς εἰσι αἰρέσεις: Ἐ qui bellua-
 tionem, atq; commestationem instituunt.
 quod faciebant Corinthij: quos propter Ἐ
 ἰδίου δεῖπνου πρὸς ἡμῶν, grauissimè A-
 postolus castigat. Inter quos ditiores e-
 rant ebrij: tenuiores esuriebāt. Neq; ve-
 rò laudare potuit istos belluones: qui Ec-

2. Ευχαρισ-
τία.

clesiam Dei contemnebant: & pudefa-
ciebant eos, qui non habebant: quod fa-
mis pellenda gratia, comederent. Altera
deinde appellatio ex institutione est de-
sumpta. Nam Ευχαριστία, propter εὐχα-
ρίαν, dicitur cæna Domini. Christus ce-
nim sumpto pane, benedixit, seu gratias
egit, λαβὼν τὸ ἄρτον, εὐλογήσας, ἢ εὐ-
χαρισήσας. Idem fecit, accepto poculo
καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαρισήσας.
Quantò magis, in his Ecclesie congressi-
bus, nobis sunt Deo Patri, Domini nostri
Iesu Christi immortales agenda gratia:
cum pro alijs infinitis beneficijs: cum pro
hoc precioso pignore, suo corpore nimirum,
& suo sanguine, noui testamenti, in cæna
dato, & sumpto? Paulus nominat cæ-
nam Dominicam, δειπνον κυριακόν: non
solum quòd à Domino ipso instituta sit:
sed etiam, quòd in ea, panis, & calix Do-
mini, quem ποτήριον τῆς κυρίου etiam
vocat, nobis porrigatur: & à nobis Do-
mini corpus, pro nobis traditum, & Do-
mini

3. Δείπνον
κυριακόν.

mini sanguis, pro nobis effusus, manducetur, & bibatur. Eamq̄ ob causam μετωνομικῶς etiam τεράπεζαν τῷ κυρίου appellat: quod in hac mensa, nobis apponatur, non esca vulgaris, sed cœlestis: corpus, & sanguis Christi, quæ conuiuio pane, & vino, dispensantur. Ideoq̄ etiam μυστήριον, & μυστικὸν δῆπνον dicitur. quod arcana, occulta, & nobis incognita, Christo autem optimè nota, & facili ratione, atq̄ modo, admirandus cibus, & potus, in cœna hac, exhibeatur.

4. τεράπεζα
τῷ κυρίου.

5. μυστήριον,
καὶ μυστικὸν
δῆπνον.

Cœna mysterium est, quia latet eius vis, natura, & actio non Papistas solum, uerum etiam Sacramentarios turbulentes, propter uelamen, cordibus ipsorum, iusto Dei iudicio, impositum.

Caput XIII.

DEFINITIO.

SEquitur deinceps definitio, λόγος ἁσίας, vel ὅρος ἁσιώδης. Etsi autem cœna sit τῶν πρὸς τι, ut infra in re-latorum attributo, seu categoria, dicemus: tamen hic etiam definitio considerari debet. oratio enim est, quæ rei naturam, τὸ εἶναι, vel ἁσίαν ἁ πρῶματ' ὅ, pau-

cis verbis aperit, atq; demonstrat. Confite-
 ciamus igitur cœnæ Dominicæ verâ de-
 finitionem. Id quod fiet: si eam ex fontibus
 proprijs hauriamus. Vt est τοῦ πῦτος
 τῆς διατάξης Καθ' ἑσ, ἀναμφιβολον, ἡ
 ἀνευδοκίαν. Non enim ex 6. Ioannis ca-
 pite, quod nihil agit de hoc sacramento,
 tamen si ad illud, propter similitudinem,
 alludat ibi Christus, peti debet: aut ex al-
 lijs locis, in quibus prorsus nihil differi-
 tur περὶ δεῖπνος Ἐκκλησιασ.

Quid sit cœ-
 na Domi-
 nica.

Est ergo Cœna Dominica, talis cœna, in
 qua, à Iesu fractus, datus, & ab eius disci-
 pulis sumptus, & manducatus panis, est
 corpus Christi, pro nobis traditum: & in
 qua datum, & haustum poculum, seu vi-
 num, est sanguis Christi, qui est novi te-
 stamenti, pro nobis profusus, in remissio-
 nem peccatorum. Vera hæc explicatio
 est, & definitio, non solum ἐπιώδης, sed ἐ-
 τiam ἀπιώδης. Rei enim totius vim, atq;
 naturam paucissimis verbis ostendit: &
 causas præcipuas cœnæ demonstrat.

Τὸ ἐπιζῶμενον, definitum, est Cæna Do-
 mini. quam constat esse speciem. Eius
 genus est Cæna. Sed ad vitandam incon-
 cinnam ὁμωνυμίαν, quæ τὴν ἀδολεσχίας
 speciem gerit: vni possumus paulò supe-
 riore genere, τὰς προσεχέει γένει ἀνωτέ-
 ρῳ, propter ἑτερονυμίαν, ad istum mo-
 dum. Cæna Dominica, est distributio,
 & manducatio panis, qui est corpus Chri-
 sti, & vini, per calicem porrectio, atq; po-
 tus: quod est & sanguis Christi: id quod
 faciendum est, in eius commemorationē.
 Plena, & perfecta definitio est. Sit igitur
 genus cænae Dominicae, proximum, τὸ
 προσεχές, cæna: vel ἀνώτερον, manduca-
 tio, & potus. Cænare enim nihil aliud
 est, quam sub noctem manducare, & bi-
 bere. Sequuntur Διαφοραὶ, differentia
 συζητικά, καὶ συμπληρωτικά. Prima
 est causæ efficientis. Hanc enim cænam
 Iesus instituit, apparavit, & præbuit, mi-
 nificentissimus conuiuator. Differt igi-
 tur à vulgaribus cænis: quarum autores
 sunt

τὸ ἐπιζῶμενον
 νομ.

τοῦ ἐπιζῶμε-
 νου, Gen-
 nus.

Alia defi-
 nitio ἰσοδύ-
 ναμος.

Διαφοραὶ
 differentia.

sunt homines. Reliquæ differentia sunt formæ, & materia. Accepit enim, quid panem: & poculum. Quò distat à spiritali manducatione, & potu: de quo 6. Ioan. differitur: vbi Dominus nullum accepit aut fregit, quem daret discipulis suis, comedendum panem. Sed panem se esse dixit, non à pistore coctum: sed ἀληθινόν, verum, & ἐπουράνιον, qui de calo descendit: panem, inquam vitæ: ἀγρον τῆς ζωῆς. Quibus verbis μετὰ Φοῦνᾶ explicatur. Hic autem tractat Christus panem ex farina, & aqua coctum: quod verbum proprium, non translatum est. Accepit præterea poculum, cui benedixit. At in illa concione, nullum calicem sumpsit Dominus. Et sanguinem suum potum ibi vocat: sed qui verè sit potus. τὸ αἷμά μου, inquit, ἀληθῶς ἐστὶ πόσις. In qua assentratione, est τροπή explicata, aduerbio ἀληθῶς. Hic ἀντὶ ἐραμιμένως, immutato ordine, poculum accepit. Nam, inquit, est sanguis meus. Itaq; nulla in his est trans-

translatio. Poculum enim habuit in manibus. De sanguine etiam suo loquitur proprie, non metaphoricè: nempe de eo, qui est pro nobis profusus. Iam, in cœnæ parte prima, sequuntur aliæ differentiæ εἰδοποιού. Iesus enim panem fregit, quod verbum est distributionis, & dedit discipulis suis. Quod rursus est formæ: sicut causæ efficientis est, quæ sequitur: & dixit, hoc (panis, quem iussi ut acciperetis, & comederetis) EST corpus meum, quod pro vobis traditur. Nā ista ἀπόφασις est causa efficiens præsentia corporis in cœna, seu manducatione. Christi enim dicere, non solum est velle, sed etiam efficere. Iuxta illud: Dixit, & facta sunt. Ergο συμπληρωτικὰ differentia sunt, primum, à parte Christi. Et ait, HOC EST CORPUS meum. Deinde à parte Discipulorum, Accipere panem, & comedere. Nam extra hanc λήψιν, & βρώσιν ἔαρου, quia mandatum, & promissionem asseuerantis Christi habet, panis fractus

non

non est distributum corpus Domini. Ita
 que συμπαλιωτικῆς differentia vim eius
 obtinent personæ discipulorum. Panis e-
 nim non est corpus Christi, sine vescenti-
 bus. ἔσιωδης igitur Ἀσφοδᾶ sumitur à
 materia, seu ἔσιωα cœnæ, quæ est præsentis
 manducanti, videlicet à corpore Christi.

Eadem in altera parte est omnino ra-
 tio. Differentia enim à materia petita
 est poculi, & sanguinis Christi. Forma
 sunt, accipere poculum, dare discipulis,
 & hos omnes ex illo bibere, quod & fece-
 runt. Atq; hæc sunt διαφορὰ εἰδοποιῶν
 quemadmodum & Christi oratio. Ex di-
 xit illis, Hoc est sanguis meus, novi te-
 stamenti. Itaq; efficiens est causa sacra-
 menti sui sanguinis. Iuxta illud Augu-
 stini: Accedat verbum ad elementum, &
 fit sacramentum. Christi enim dicere est
 facere. cum eius verbum sit ἐνεργητικόν,
 καὶ ποιητικόν. Quod dixit, sensu: id præ-
 stitit: qui mentiri, fallere, & decipere non
 potest. Συμπαλιωτικῆ differentia, quæ
 peti-

perficit, & explet definitionem, est posita
 in Discipulorum persona, & actione, ni-
 mirum in haustu vini. poculū enim, aut
 vinum, non est sanguis Christi: si non bi-
 batur fructus vitis, à communicantibus.
 Exira hanc, inquā, actionē, ἐξω τῷ πόσει-
 ως, nihil est, p̄ter vinū. Nam ad hunc po-
 tum, certū verbum Christi est alligatum.
 Bibite ex hoc oēs. Hoc (s. quod bibistis)
 est meus sanguis. Et biberūt ex eo omnes.
 Ex his perspicui licet: qd sit cœnæ Domini
 ea propriū, τὸ καθ' αὐτὸ ἰδίον. Videlicet,
 comedere panem: qui est corpus Christi.
 Et bibere vinū: quod est & sanguis Chri-
 sti. Nam in alijs etiā cœnis, & prandijs,
 atq; conuiujs, panis comeditur: & bibi-
 tur plerunq; vinum. Sed nihil aliud ille
 est, quàm panis: nec potus aliud est
 iste, quàm merum vinum. Non enim il-
 lud verbum habet: Hoc est corpus meū.
 Hoc est sanguis meus. Addit Lucas, &
 Paulus αἴτιον τελικόν, finem cœnæ, qui
 est fructus, quem οἱ ἀξίως ἐσθίουσιν, καὶ
 πίνουσιν.

Proprius
 cœnæ Do-
 minicæ.

πίνοντες percipiunt, ἀνάμνησις ἑκείνης
 vel ut interpretatur Apostolus, ἡ
 λεία ἡ θανάτου τοῦ κυρίου, annuntiatio
 mortis Domini: quam commemorationi
 præcurrit recordatio, & memoria bene-
 ficiorum à Christo præstitorum mortali-
 um generi, & passionis illius. At hæc
 nisi fide perpenduntur: præterea non nisi

Expositio à credentibus de prædicantur. Hæc
 Pauli, quæ non cœnam
 definit: sed nus veram definitionem tradidimus: quæ
 panem, & particulatim exponit Paulus. Nam &
 calicem in poculum benedictionis, cui benedicimus,
 cœna. est, inquit, οἶνον, distributio, & sum-
 ptio, seu potus sanguinis Christi. Et pa-
 nis, quem frangimus, ait, est οἶνον, seu
 distributio, & sumptio corporis Christi.
 Sed de his infra, ἐν τοῖς πρῶτοις, pluribus
 differemus.

Caput XV.

Falsa defi-
 nitio Sacra-
 mentario=
 rum.

Falsa igitur definitio Sacramen-
 tario=
 rorum est: Cœna Domini, est actio
 in qua

in qua, sumptis symbolis externis, pane
 videlicet manducato, & vino hausto: in
 memoriam reducimus, corpus Christi pro
 nobis traditum esse: sanguinem ipsius pro
 nobis profusum. Item, falsa illa est. Cæ- II.
 na Dominica est conuiuium: in quo nobis
 pane, & vino, exhibetur communicatio,
 vel societas cum corpore Christi; vel ius
 in eius corpore, pro nobis tradito. Item III.
 ista, Cæna Domini est sacramentum, seu
 signum in pane, & vino: quibus, ceurudi-
 mentis attollimur, mente fideli, in cælum
 vltimum: in quo Christum apprehendi-
 mus, nostrūq; facimus, cum omnibus suis
 bonis, modò sedentem, modò stantem, mo-
 dò ambulantem, aut currentem, modò re-
 cubantem. Hæ descriptiones neq; veræ
 sunt, neq; perfectæ. Nam primum genus
 proprium in his non est positum. Etsi e-
 nim cæna est actio: tamen Actio est nimis
 remotum genus: est enim ἀνώτερον. Illud
 etiam verum est, cænam esse sacramentū.
 Sed verbum illud ambiguum est. Acci-
 pitur

Ἐπιτίμησις
 τῶν φευδῶν
 ὄρων.

Genus am-
biguū, fal-
lax, ac ca-
ptiosum.

Alia defi-
nitio falsa.

Eius refu-
tatio.

pitur enim, nunc pro re arcana, & ab-
scondita rationi humanæ: nunc pro signo
vel symbolo usurpatur. Itaq; nonnulli
Dipnosophistæ, Cœnam esse aiunt sacra-
mentum, seu signum corporis, & sangui-
nis Christi: quo Christi mortis, per panis
fractionem, & vini potum, commonefi-
amus mortis Christi. Hæc inepta defi-
nitio est. Vitiosum enim est, partem ali-
quam pro vero genere collocare. Nam
Sacramentum ex duabus partibus con-
stat: signis, & rebus signatis. Deinde in
differentijs est vitium multiplex. Non e-
nim sunt eidemodi, ut certam notent spe-
ciem. Nam, in omni conuiuio, panis, &
vinum nos cōmonefacere possunt de mor-
te Domini. *ὅτι οὐκ ἰδιός ἐστι λόγος*. Ad
plura. n. *ὁ οὐρανός*, definitio refertur: quæ
τὸ ὁμοῦλον, rei nomen. Non propria
sunt etiam istæ differentia. In cœna nobis
exhiberi communicationem, seu ius, & so-
cietatem, cum Christo. Nam illud quo-
que datur per baptismum, & Euangelij
prædi-

prædicationē. Falsum etiam illud est: nos ab his terrenis elemētis euehi ad hominē Christum sursum in cælū quoddā locale, vbi vel stet, vel ambulet, vel sedeat. Falsissimum dico est, animo nos attolli, & fidei mente, seu imaginatione, atq; cogitatione, id est, forti speculatione, quasi raptu quodam, in vltimum illud cælum: & hac scilicet, fide $\Phi\alpha\upsilon\sigma\tau\iota\kappa\eta\acute{\nu}$, Christum nobis præsentem facere. Prætermisissæ igitur sunt $\sigma\upsilon\mu\omega\lambda\eta\eta\sigma\omega\lambda\iota\kappa\alpha\iota$ $\delta\iota\alpha\Phi\omicron\rho\omicron\upsilon\alpha\iota$: quas in nostra vera posuimus definitione. Idque fecimus ex verbis cœnæ Domini institutionis. Nec minus est falsa, & absurda Papistarum ista definitio, si definitio nominari debet blasphema sententia. Sic enim isti non Cœnam, sed Missam suam, depingunt. Cœna Domini est actio sacra: in qua sacerdos panem, seu hostiam frangit in tres particulas: quarum vnâ ipse sumit: reliquas offert Deo, pro viuīs, & mortuis, iuge sacrificium: calicem deinde epotat: eumq; laicis, vel populo subtrahit:

Papistarū
absurdæ, et
falsæ defini-
tiones re-
felluntur.

Αλλος + εν =
 αλις ορθ.

Αλλο λο =
 γο ουν ανει
 λογος το
 λειπνω.

Αναρμοσοι
 λογοι.

quem in anno semel, pane solo, consecra-
 to, ut vocant, communicat. Item, Cœ-
 na Domini est panis asseruatus in mon-
 strantia, & repositus, ut vel adoretur, vel
 ad ægrotos deportetur: vel circum agros
 in pompa gestetur, ad tempestates, &
 grandines, ne frugibus calamitatem ad-
 ferant, pellendas. Item, Cœna Domini
 est panis mutatus in corpus Christi: quod
 corpus, quia non est ex angue, sufficit lai-
 cis: non obstante verbo iubentis Christi,
 omnes ex poculo bibere: sicut et Corinthij
 ex eo omnes biberunt. Quis hic non videt
 monstrosas definitiones, deformitates in-
 quam, & corruptelas noui Testamenti,
 prophanationesq; sacratissimæ cœnæ Do-
 mini? Sed si conferantur, cum institutio-
 ne veræ cœnæ: apparebit, quàm sint disti-
 miles, & diuersæ, seu contrariæ verbis
 Christi. Sed de his hæctenus. Qui enim
 definitionem nostram, vel Christi potius,
 probè tenebit: omnes logos fanaticorum
 hominum, & pontificiorum sacerdotum:
 ad il-

ad illam, tanquam ad Lydium lapidem,
examinare, in iudicando, poterit.

Caput XVI.

DE RELIQUIS VSIBVS

prædicamenti substantiæ.

HActenus de primo vsu huius cate-
goriæ. Quæcunq; n. in controuer-
sia sacramentaria, vel ἑσίου sunt, vel ut
ἑσίου cōsiderātur: ea retulimus, καὶ ἀνάλυ-
σιν, ad suum ordinē, & pprium locum. Et
quanquam ἐν Φρασις præcipuum vsum
monstrat decem rerum attributorum: ta-
men præter hunc etiam, sunt alij complu-
res. Ut enim de ἑσιῶν classe tantum dicā:
est eius præterea vsus alius Ἰπιστημονι-
κός, alius ῥοπικός, alius ὀριστικός, alius
διαιρετικός, alius πρῶβληματικός, alius
συλλογιστικός,

Vsus substantiæ prædica-

menti Ἰπιστημονικός.

Est igitur Ἰπιστημονικός, vel ὕλικός

Substantiæ usus, quem etiam $\chi\lambda\epsilon\gamma\gamma\omega\upsilon$
 $\gamma\mu\kappa\omicron\nu$ nominare possumus, non prætere-
 undus. Etsi enim Dialectica non est $\Delta\iota\alpha$
 $\sigma\eta\mu\eta$, scientia: quæ est rerum doctrina
 (vacuos enim locos habet) est tamē qua-
 si $\omicron\gamma\gamma\alpha\epsilon\nu\omicron\nu$, ac instrumentū: quod ad om-
 nes res, quæ in alijs artibus, disciplinis, &
 facultatibus traduntur, applicari potest.
 Hæc causa est: quamobrem in $\sigma\omicron\iota\chi\sigma\alpha\alpha\eta$
 illa parte, quæ est $\tau\eta\ \nu\alpha\tau\eta\gamma\omicron\epsilon\iota\omega\nu$, à qui-
 bus suos libros, de arte differendi, auspi-
 catus est Aristoteles, omnium, quæ in na-
 tura positiæ sunt rerū, tanquam sylva, &
 materia, diuidēdo, & enumerando, nobis
 suppeditetur. Nam in primo attributo,
 quicquid sua vi subsistit: in breui tabula
 oculis nostris expositum est. siue ad Theo-
 logiam pertineat, siue ad primam philo-
 sophiam, siue ad physicam, siue ad alias
 artes, atq; scientias: ad quas hæc dialecti-
 ces pars nos veluti manu ducit, & tan-
 quā ex inferioribus scholis, ad publicas
 Academias: in quibus docent Theologi,
 Phy-

Physici, Astronomi, & Medici, transmittit. Monstrant igitur Dialectici solū res cognoscendas: ut in ἔστιά, Deum, Christum, & cætera, de quibus hæcenus est dictum: hæc autem non explicant: sed aliæ facultates, ad quas nos, ab his rudimentis, & veluti lineis ductis, differendi magistri relegant.

VSVS ΤΟΜΙΧΟΣ.

Est & hic vsus insignis, quem nominauimus τομικόν. Nam tæet si categoriæ non sint argumentorum loci (non enim ratiocinamur ex ἔστιά: ut dicamus argumentum ductum esse ex substantia) tamen materiam locis dant: & horum sunt fontes. Hoc enim prædicamentum supeditat nobis genera, differentias, formas: ex quibus definitiones, diuisiones, enunciationes, & conclusiones conficiuntur. Totum etiam, partes, & membra, causas, effectus, similia, dissimilia, & contraria continet. Idg ostenderemns exemplis: si ex superioribus nõ posset intelligi.

VSVS ὀριστικός, & διακριτικός.

Utilis igitur est hic ordo & ad definiendum, & ad diuidendum, atq; parciendum.

VSVS πρῶτον μαθηματικός.

Caput XVII.

Vsus πρῶτον μαθηματικός consistit in quaestionibus constituendis. Multa enim proposita ex hoc attributo petuntur: cum vel de genere, vel de proprio, vel de rei definitione, vel de accidente disceptatur. Vt in hac de cœna Domini controversia existunt quaestiones.

DE GENERE.

Utrum cœna Dominica sit cœna, vel utrum manducatio, & potus, sine generis eius? cum vnus rei tantum sit vnum verum genus. De hac autem quaestione postea differemus. Item, num cœna Domini sit actio, aut sacramentum? Et, an cœnae genus sit symbolum, vel signum? Et, utrum

utrum panis, quem frangimus, sit cōmunicatio corporis Christi? An poculi benedictionis, cui benedicimus, verum genus sit, communicatio? Item, sit ne cœnare, vel edere corpus, & bibere sanguinem Christi, credere? Et, utrum cœna Domini sit sacrificium, & oblatio, nec ne?

DE PROPRIO.

Utrum cœnæ Domini proprium sit, exhibere, & manducare singularem, cœlestemq̃ victum, & potum: nempe panē, qui est corpus Christi: & porrigere, ac bibere de poculo (vinum) quod est & sanguis Christi? Num panis, in cœna Domini, proprium sit, esse communicatum corpus Christi: poculi benedictionis, esse communicatum sanguinem Christi?

Huc differentiæ pertinent.

Utrum cœnæ Domini differentiæ & τῶν ἁγίων, & οὐ σωτηρικαὶ sint: panem accipere, frangere, dare vescentibus, & dicere: accipite, comedite. Hoc est corpus Christi? Et, an διαφορά συμπληρωτική sit,

panē datū, ore comedere? An verò credere, & mēte fideli sursum attolli, & sublevari, forti speculatione, in cælum Empyreum? Et, an differentia cœnæ sit, utrum facere, hoc est, non panem solum edere, qui est corpus Christi: sed ex poculo etiam bibere, quod est sanguis Christi? An sufficiat, alteram partem sumere duntaxat populum? Item, an Ἀξ. Φορὰ διαφέρεται cœnæ sit, corporalem, quæ fit ore carnali, esse manducationem, & potum: an verò, quod falsum est, esse tantum spirituale. Vel, an cœna sit manducatio, & potus solum oris: an fidei, an utriusq;? Et, an Ἀξ. Φορὰ εἰς ὁμοίως sit cœna, ut Arceletæ delirant, panem frangere in frustra, ut editus fragor, strepitusq; à pluribus exaudiatur, nec ne? Item, Verum cœnæ differentia sit, panem in tres particulas discerpere, & in calicem conijcere, unam vorare, alteras duas pro vivis, & mortuis Deo offerre, ad impetrandam gratiam Dei, & ad liberandos defunctos, ex igni purgari.

purgatorio? Deniq, vtrum cœna Domini-
 nicæ differentia ου σαλιν, & παρ εσαλι-
 χη sit, quæ præsentem Christum quasi sta-
 tuat, post manducationem, & potum, pa-
 nis asseruatio, inclusio, repositio, & cir-
 cumgestatio?]

DE DEFINITIONE.

De hac multæ quæstiones agitatur. Vt,
 an cœna Domini sit māducatio panis fra-
 cti, dati, qui est corpus Christi: & an sit po-
 tus vini dati, & hausti, quod est sanguis
 Christi? Vtrū cœnare, sit māducare panē,
 & fidei mente interim sursum attolli, in
 cœlū Empyreum: & sic ascēdere, eleuata
 anima, & raptā supra omnes istos cœlos,
 hoc est, imaginatione, atque speculatione
 forti, Christum apprehendere, eum perci-
 pere, eiusq, beneficijs frui, & communica-
 tionem, vel societatem, atq, ius in corpore
 eius consequi? vt Sacramentarij Enthu-
 siastæ somniant. Et, an cœna, vel Missa,
 sit sacrificium ευχαριστικόν, vel potius
 ιλαστικόν: in quo Deo Patri offeratur in-
 cruen-

cruenta hostia, ipse Christus, pro vivis & mortuis, & pro omni bono euentu: quod mereatur Missificati, & astanti gratiam & remissionem peccatorum, ex operato? ut Papistæ blasphemant.

Caput XVIII.

De Accidentis, vel rei fortuitæ propositis.

Accidentis questio non est eiusdem generis. Est enim partim propria partim non propria, seu impropria: quam alij inusitatam vocant. Ac problemata κυρίως, & ὄντως συμβεβηκός & appellant Dialectici: cuius pars prima, nempe rei subiectæ, τῆ ὑποκειμένου, est substantia: pars verò altera, τὸ καθ' ἑαυτὸν, est alterius attributi: quod est aduentitiorum, & fortuitorum. Hoc genus μετέθεσιν, seu transitum habet, ἀπὸ τῶν ἀυτοποσάτων, ἵπὶ τὰ ἕτερα ποσάτω. Propositum autem, seu problema

ἑρηνικῶς λεγόμενον, tripartitum est.
 Nam aut accidens de accidente dicitur:
 aut substantia de accidente: aut substan-
 tia de substantia. In quibus, quæ μετα-
 βατικά sint, quæ ἀμετάβατα: facilis est
 dijudicatio, & intelligentia.

Exempla primi generis.

IESVS est Dominus. Vt, παρέλαβον
 ἀπὸ τοῦ κυρίου. Item, ὅτι ὁ κύριος Ἰη-
 σοῦς, ἐν τῇ νυκτὶ, &c. Εἰ, τὸ θάνατον
 τοῦ κυρίου κατέγγελλε.

IESVS accepit, fregit, & dedit discipu-
 lis panem.

Idem Dominus accepit poculum, & de-
 dit illis.

Item,

IESVS egit gratias, vel benedixit.

IESVS ait, καὶ εἶπε, ἢ λέγων.

Corpus & sanguis Christi ore capitur, &
 hauritur.

Corpus Christi datum est pro nobis.

Sanguis Christi effusus est pro nobis, &
 pro

pro multis, in remissionem peccatorum.

Talia sunt,

Discipuli manducârunt .s. agnum. Iuxta illud: Vescantibus illis. Idem cenati sunt. Iuxta illud: $\mu\epsilon\tau\alpha\ \tau\omicron\ \delta\epsilon\ \pi\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$.

Discipuli acceperunt, & comederunt panem, nempe Hunc, &c.

Discipuli biberût ex Hoc poculo omnes.

Discipuli hoc fecerunt, in Christi recordationem, seu mortem Domini annuciârunt.

Item,

Paulus accepit à Domino, quod & tradidit Corinthijs.

Panis est communicatio corporis Christi.

Poculum est communicatio sanguinis Christi.

Panis, & poculum communicatur, id est, distribuitur, & sumitur.

Poculum est nouum testamentum.

Et,

Dominus IESVS ea nocte proditus est.
Dominus veniet, scilicet, visibili specie.
ad iudicium. Huc

Huc pertinent illa:

Quisquis ederit panem hunc, aut biberit
de poculo Domini indignè: REVS erit
corporis, & sanguinis Domini.

Homo se probet.

Homo qui indignè edit, & bibit: iudiciũ
sibi edit, & bibit.

Is homo non dijudicat corpus Domini.

Is homo seipsum dijudicat.

Si homo seipsum dijudicat: haudquaquã
iudicabitur.

Inter homines eiusmodi multi sunt inua-
lidi: multi dormiunt.

Homines cum iudicantur, à Domino cor-
ripiuntur.

Qui à Domino corripiuntur, & respi-
scunt: nõ condemnantur cum hoc mũdo.

Quidam ex his sunt fratres nostri dilecti.
vt, ὡς εἶ, ἀδελφοί μου. Et, διότι ἀγα-
πητοί μου.

Corinthij, & alij cõueniunt ad comeden-
dum: conueniunt non in melius, sed in
deterius: conueniunt in Ecclesia: con-
ueniunt in eundem locum.

Ex iisdem, alius alium expectare debet.

Quidam ex his esuriunt.

Idem domi edant.

Idem ad condemnationem convenire non debent.

Paulus hoc præcepit.

Idem non laudat: quòd Corinthij non in melius, sed in deterius conveniunt.

Quid vobis dicam? Laudabo vos? Id hoc non laudo.

Idem prudentibus loquitur, & aliquid dicit. 1. Cor. 10.

Paulus audit inter Corinthios dissidii esse.

Idem credit illud aliqua ex parte. Corinthij δοκιμοι, probati, φανεροι γινοντο, manifesti fiunt inter eos.

Corinthijs multis, non licet Dominicam cœnam edere.

Horum quisque propriam cœnam occupat, ἑκαταστασας, in edendo.

Corinthiorum alius esurit: alius ebrius est. Idem habent domos, ad edendum, & bibendum.

Ex his, quidam contemnunt Ecclesiam
Dei.

Idem pudefaciunt eos, qui non habent.

Item.

Corinthij, & omnes fugiant simulachro-
rum cultum.

Ministri Christi benedicunt poculo.

Panis vnus est, & idem, ex quo partici-
pamus.

Multi sumus vnum corpus, scilicet my-
sticū, Ecclesia, cuius caput est Christus.

Falsa, & blasphema sunt ista, quæ Sa-
cramentarij ex vera præsentia, & sum-
ptione, ineptè colligunt. Corpus Christi in Falsa acci-
dentia.
pane delitescit, voratur, ingurgitatur,
deglutitur, prostituitur, & quod execran-
dum cuiusdam est dictum, per secessum
it. Item, dentibus teritur, in ventriculum
demittitur, decoquitur, in nostram carnē
mutatur. Hæc enim diabolica sunt, &
ἀνακόλῳθῃ portentosa. Sic falsa sunt illa
Papistica: panis in corpus Christi con-

H uer-

ueritur: vinum in sanguinem. Is panis
asseruandus est, & reponendus, adorandus,
& circumgestandus.

In his exemplis, fit ex substantia, transitus
in alias categorias, vel actionis vel
perfectionis, vel relationis.

Proposita, in quibus accidens
dicitur de accidente.

Mors Domini est annuncianda, donec
venerit. Hic alterum est τὸν πρὸς τὴν
alterum τὸ ποιεῖν.

Sed huius generis nulla sunt praeeter
in Sacramenti institutione, alia exempla.
Nam etsi huc referenda esse videantur
illa:

Dominus ea nocte traditus est.

Discipuli biberunt ex poculo omnes, etc.
propterea, quod κὺερον εἶναι, fit accidens
(est enim Dominus personae, quae Dominum
habet, Dominus: quod est τὸ πρὸς τὴν
tamen in talibus appellationibus, personam,
seu hominem potius spectamus, atque
sociam

ἔσται. Nam si quis dicit de homine: Ora-
tor peroravit: Reus absolutus est: Iudex
literam salutarem dedit: personam, non
quæ est accidens, intelligit: sed qua est ho-
mo, & ὁ Φιλαμενὸν π. Non enim accidēs
perorat, aut absolvitur, aut literam salu-
tarem, vel tristem dat: sed homo, qui eius-
modi personam sustinet. Ita in superiori-
bus exemplis, non accidentarium, & ad-
ventitium quiddam intelligitur: quod
traditum sit in mortem: cuiusq; mors sit
ubiq; prædicanda, & celebranda: sed ipse
Iesus Christus, ἡ κυριώτατη ἔσται, ἡ ἰσὺς
ἑστῆς, persona, quæ non hic accipitur pro
hominis quacunq; cōditione, fortuna, aut
loco: sed pro ὁ Φιλαμενῶ, sicut est à nobis
supra indicatum.

Quæstiones, aut propositiones, in
quibus substantia tribui-
tur accidenti.

Eius nulla extant hic exempla. Nam
in alijs causis quedam reperiuntur. Vt si

H 2 quis

quis dicat: Philosophus est homo. Quic-
 quid hinnit, est equus. Et quæ sunt gene-
 ris eiusdem. Nam in his τὰ ἐπιπέ-
 να, sunt τὸ συμβεβηκότων, accidentium
 rerum: at τὸ κατηγορούμενον, late in
 primo, τὸ ἰστίαι, videlicet, ordine. Sed, ut
 duo superiora genera, vel questionum,
 vel sententiarum, sunt aliorum attribu-
 torum: sic illud, de quo dicere cœpimus, et
 id quod in sequitur, propriè sunt huius loci.

Proposita, in quibus substantia di-
 citur de substantia.

Caput XIX.

IN quibus autem propositionibus, ἰ-
 στίαι tribuitur rei subiectæ, quæ & ipsa
 est substantia: in ijs dicimus κατηγορούμενον
 esse ἀξίον, dicendi, aut proloquendi
 modum, siue attributionem inusitatam,
 videlicet, in reliquis disciplinis: quæ sunt
 ab hominibus animaduersæ, atq; inuen-
 tæ. Sunt enim, ut Theologiæ propriæ, sic
 in ea

in ea vſitatiffima. Nā Spiritus Sanctus Verbi diuini autor, & dictator, peculiare genus loquendi habet, pro multiplici, & admiranda Dei operatione. Eiusmodi ἁποφαισίς sunt: VERBUM est factum caro; seu Deus est homo. Christus enim Deus assumpsit in vnam inseparabilem personam, ex substantia Mariæ ἀπαργ-Deou, hominem totum, naturis in æternum manentibus, sed distinctis, non confusis. Item, Columba, halitus Christi, ventus, & flammæ in ore Apostolorum, sunt Spiritus Sanctus. Et, flammæ sunt Angeli. Iuxta illud: ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτῆς πνεύματα: καὶ τοὺς λεῖτεργούς αὐτοῦ πρὸς φλόγα. Hæc & similia exempla sunt ἀκατάληπτα, seu irregularia, & præceptis communibus artis dialecticæ contraria. Nam in rebus humanis, disparata species non dicitur de altera disparata. Quæ enim specie differunt, sunt ἀντιδιαθέματα: quorum nulla fieri potest ἀνθρώπινως, coniunctio, σῶθεσις: qua

Hebr. 1.

alterū de altero affirmaretur. *Ista n. cum
 θεός est falsissima. Spiritus est corpus.
 Nam Spiritus non habet carnem, & ossa.
 Quemadmodū & hæ sunt falsissima: Deus
 Pater est hō. Spiritus S. est hō. Deus Pa-
 ter, aut Spiritus S. est angelus. Διαίρεσις
 autē, quæ disiunctio fit negando, est vera.*

*Spiritus non est corpus. Loquimur
 enim hic πνεύματι & σάρτι, sicut Christus
 ad Discipulos suos, ad quos confirmandi
 eos causa, bis, clausis ostijs, venit. Propo-
 sitio enim illa non est ἡ καθόλου, sed ἡ ἐπι-
 μέρι. Nam cum Deus sit Spiritus. Chri-
 stus autem ὁ λόγος, sit Deus: sequitur
 Christum τὸν λόγον esse Spiritum. Et tu-
 mē hæc propositio est vera, propter Ver-
 bi ἐνσάρκωσιν, id est, incarnationem.
 Quidam Spiritus, ut ὁ λόγος, est corpus,
 quia homo. Eamq̄ ob causam, inquit Do-
 minus. Sicut videtis me habere, nempe
 carnem, & ossa. Quia Verbum caro factū
 est. In cæteris igitur rectè dicimus: Deus
 Pater non est homo: nec Spiritus sanctus
 est.*

est homo. Item, Deus non est angelus. Sic
 in philosophia ψεῦδος ὅτι habent ista pro-
 positiones: Arbor est lapis. Homo est si-
 mia. Equus est mulus. Est igitur in his
 ἀνώμαλα ὅτι κατηγορία, ἢ ἀπόδοσις. Pro-
 pterea quòd neq; genus, neque proprium,
 neq; definitio, neq; aduentitium, fortui-
 tumue attribuitur rei subiectæ. Ex qui-
 bus omne propositum, omnisq; propositio
 conficitur. Veruntamen docendi causa,
 possumus in eiusmodi enūciationib. dice-
 re, prædicationem, seu dicendi rationem
 esse, quasi vsitatã, ὅτι quasi artificiosam,
 ὡς ὁ ἄριστος, ἢ τεχνικὴν, quòd in his ὕψι
 accidens, ὡς συμβεβηκός, prædicetur de
 subiectis. Nam cum Accidens sit, quòd
 neq; genus est, neq; proprium, neq; defini-
 tio: in superiorib. autem exemplis, nec ge-
 nus, nec proprietas, nec definitio tribua-
 tur rei propositæ: sequitur pronunciatio-
 rum istorum κατηγορίαν, nõ quidem verè
 accidentis, sed tamẽ quasi accidentis esse.
 Neque enim in Persona Christi, homo ac-
 cidens

cidens est : ut accidentarius sit Christus
 & in eo quiddam sit aduentitium, & ca-
 ducum. Nam etsi τυχόντως, vel κατὰ
 συμβεβηκός, fortuito, seu per accidens,
 & ἐκόντως (propter recuperationem, &
 salutem generis humani, eiusdemq; cum
 Patre cœlesti reconciliatione) ὁ Λόγος
 carnem nostram, in tempore, assumpserit:
 tamen non fuit illa γένεσις αἰδίου, gene-
 ratio æterna, ut illa, qua Pater suum Fi-
 lium, τὸ Λόγον, ab æterno genuit. Sicut
 Psalmus 2. dicit: Filius meus es tu. Ego
 HODIE (ab æterno) genui te. Quan-
 quam verò illa, ἐν τῷ χρόνῳ, facta est: &
 est quoq; ἁγιώδης, ut illa: cum perfinito,
 atq; constituto tempore, Christus de Spi-
 ritu Sancto, in utero beatæ Virginis Ma-
 riæ, suæ matris, conceptus est, & postea ex
 ea prognatus: tamen illud factum est ἢ
 ἀνάγκη, quam absolutam vocāt: sed ne-
 cessitate, τῇ κατὰ τὴν ὁθέσιν, quæ est con-
 sequentiæ. Homo igitur ille, in Christo,
 cum sit ἁγία κρειωτάτη, quia ὁ ὄντως
 ἐνθεός

ἄσθεω τὸ : non est res quædam accide-
 taria, sed ἁσιώδης. Naturalis etiam, atq;
 realis hominis, cum Christo Deo, est con-
 iunctio, & vnio ἀδιάλυτῃ. Rectè igitur
 hæc vnio personalis, seu ἐνώσις ἁπο-
 σταλῆ nominatur à Theologis. In reli-
 quis exemplis, etiam est, vt accidentis,
 quæstio. Vtrum columba, halitus Christi
 afflantis suos Apostolos, ventus in die
 Pentecostes, & flammæ in ore illorū, fue-
 rint Spiritus Sanctus, nec ne? Et, num
 flammæ sint Angeli, nec ne? In his enim
 quia κατὰ συμβεβηκὸς sunt facta: dici-
 mus esse quæstionem, non verè, sed quasi
 Accidentis. Non enim κατ' αὐτὸ, sed κα-
 τὰ συμβεβηκὸς, columba, halitus, ven-
 tus, flamma, est Spiritus Sanctus: Flam-
 ma sunt Angeli. Quoniam cum his erat
 Spiritus Sanctus, in illa manifestatione,
 & exhibitione, vnitus, & præsens, non
 conuersione, aut significatione, seu figura
 absentis Spiritus: sed ἐνώσις, παρουσία, &
 παρουσία. Ergo illud quod adest rebus

visibilibus, reuera EST, & εἰς αὐτὸν δῶς προ-
 sens: non quiddam accidentarium, aut
 imaginatorium. Hanc vnionem pie, &
 sanctæ memoriæ vir, D. Martinus Lu-
 therus, clarissimum vera Ecclesiæ lumē,
 partim vocat ἐνεργητικῶς, die würt-
 liche einigkēyt (hæc autem non est
 ὑποστατικῆ, & ἀχώριστος, vt illa: verum
 separabilis, seu χωριστῆ) partim εἰδικῶς
 formalem, die förmliche einigkēyt.
 Ενεργητικῆς autem, seu ποιητικῆς hoc e-
 xemplum proponit. Flammæ sunt Ange-
 li. Iuxta illud: Qui creat, ὁ ποιῶν, Ange-
 los suos Spiritus, & Ministros suos ignis
 flammam. quemadmodū & εἰδικῆς illud
 esse scribit: Colūba est Spiritus Sanctus.
 Iuxta illud: Vidi, inquit Ioannes, Spiritum
 descendentem Specie columbe, ἀπὸ τοῦ
 οὐρανοῦ, de cælo, & māsit super eum,
 & ego non noueram eum. Sed qui māsit
 me, vt baptizarem aqua, is mihi dixit:
 Super quem videris Spiritum descenden-
 tem, ac manentem super eum: hic est, qui
 bapti-

Psal. 104.

Ioan. 1.

baptizat Spiritu Sancto. Etenim, hac
 specie, atq; forma, se manifestare voluit.
 Ad hoc genus quæstionum referri debent
 propositiones, in causa Eucharistiæ. Hoc
 est corpus meum. Hoc est sanguis meus.
 Hic enim duo vnita, & copulata sunt,
 non ενώσι προσελικῆ, aut ενεργηλικῆ,
 aut φανερωλικῆ, aut ειδικῆ, sed μουσικῆ,
 sacramentali. Vt panis, & corpus, non
 μεταβολῆ, sed σωμαφεία, sint εν τι, vnum
 quiddam. Cum autem panis sensu per-
 cipiat: corpus non appareat, aut sen-
 tiatur: idcirco, vt certo sciremus, quid
 adsit, & sumatur in cæna Domini: pro-
 nunciat Christus, quid illud totum, & co-
 pulatum, in vsu cænae sit, δηλικῶς, Hoc
 (panis, qui est corpus meum) est corpus
 meum: quæ locutio σωμαδοχικῆ est. quia
 κατ' ἐξοχῆν, pro toto partem præcipuā
 nominat. In quo orationis genere verba
 sunt propria, natiua, & vsitata: non ob-
 scura, translata, aut ambigua. Eadem est
 alterius partis ratio. Hoc (poculum,
 quod

quod demonstrat : in quo fructus uicini
 est sanguis (Christi) est sanguis meus, qui
 est noui Testamenti. Nam dicit ἀπὸ τοῦ αἵματος
 καὶ ἀνάθεμας, noui testamēti, nō quod Chri-
 sti sanguis etiam veteris fuerit : qui fuit
 victimarum, non Christi : τοπικος, non
 ἰσχωρικός. In his propositionibus, inquam,
 de subiecta re, neq; genus dicitur, neq;
 proprium, neq; definitio: sed UT accidens,
 non quod corpus, & sanguis Christi, sed
 Christus ipse, qui est præstantissima & sola
 sit accidens. Sed quod panis, & uino ac-
 cidat, ex voluntate, & institutione Chri-
 sti, sic ordinantis, ut panis, & uinum, in
 su integri sacramenti, sit ἰσχωρικός, corpus
 & sanguis ipsius : nulla μετὰ ἰσχωρικός, sed
 ἐν ἑνώσει: quæ duo, copulatione quadam, fit
 iam VNVM. Ut Christus vnus est, con-
 stās ex Deo, & homine : quæ naturæ duæ
 sunt distinctæ, non confusæ, sed personali
 vnione, iam sunt ἐν, nimirū VNVS Chri-
 stus. Ergo est in his πρόσλημα τῶν
 συμβεβηκότος. Non quò ad κατηγορη-
 ματικῶν.

ἄρον: sed quò ad ὑποκείμενον. Etenim
 panis, non καὶ αὐτόν, & per se, est cor-
 pus Christi: sed κατὰ συμβεβηκός, per ac-
 cidens. propterea quòd, vi Christi verbo-
 rum, volentis, & potentis illud præstare,
 pani sit corpus Christi unitum, & copu-
 latum: quemadmodum vino coniunctus
 est sanguis Christi. Sed hæc copulatio non
 est, ut ὑποστατική, ἀχώριστος: sed χωρι-
 στή: sicut instrumenta exhibentia, & res
 exhibitæ separari possunt. Durat enim
 dumtaxat in esu, & potu. Elementa po-
 stea absumentur: Christus non absumi-
 tur: sed manet in credentibus seruator:
 impios iudex iustus castigat: & nisi resi-
 piscant à reatu graui, condemnat. Extra
 usum hunc, nulla est ἐνωσις: nulla panis,
 & corporis Christi copulatio.

Caput XX.

DE VSV συλλογιστικῶ.

Postremus vsus est συλλογιστικός, po-
 situs in argumentando. Ex his enim
 copio=

copiose materiam depromimus argumen-
torum, & locorum. De quibus in topicis
nostris differimus. Hic tamē quaedam
luti delibabimus.

Argumenta ex ijs, quæ verē
sunt & scias, petita.

IESVS instituit cœnam, quæ propterea
vocatur Dominica.

Ergo in ea nihil est immutandum, nihil
ei vel addendum, vel detrahendum.

Item,

Iesus accepit panem, actis gratijs, eū fr-
git, deditq; discipulis suis, & ait, accipite,
te, edite, hoc est corpus meum: & acce-
pto poculo, cum benedixisset, dedit il-
lis, dicens: bibite ex hoc omnes. Hoc
nim est meus sanguis novi testamenti,
idq; facite in mei recordationem.

Ergo panis accipiendus est, & actis gra-
tius, frangendus, distribuendus, & dicen-
dum, hoc esse Corpus Christi: poculum
item accipiendum est, & post Cloylo-

dandum alijs, cum his Christi verbis:
Hoc est sanguis Domini, &c.

Hoc, inquam, faciendum est ab ipsis
Christi successoribus: qui iam diuersa $\chi\epsilon$
et sunt $\mu\epsilon\tau\alpha\delta\iota\delta\omega\mu\acute{\epsilon}\tau\epsilon\varsigma$. Itaq; habere il-
los est necesse communicaturos. Ex na-
tura $\tau\acute{\omega}\nu\ \pi\epsilon\sigma\sigma\tau\iota$.

Item,

Christus dixit: Hoc est corpus meū. Hoc
est sanguis meus.

Ergo panis non est solum panis, & vinū
merum vinum, aut figura, signum, ty-
pus, significatio veri corporis, & sangui-
nis Christi: sed verū, & essenziale quoq;
corpus & sanguis illius.

Ergo Sacramentalis non est presentia,
& sumptio Christi corporis, & sangui-
nis: vbi nullus, ex Domini mandato,
tractatur panis, aut fructus vitis.

Ergo, simpliciter extra cœnæ vsum crede-
re, nō est māducare, & bibere sacramēta
liter, seu ore, corpus, & sanguinē Christi.

Ergo attenda fide, seu eleuata mente sur-
sum

$\pi\omicron\sigma\iota\sigma\mu\alpha\tau\epsilon$
 $\acute{\alpha}\nu\alpha\sigma\kappa\epsilon\upsilon\alpha\sigma\iota\alpha$
 $\kappa\acute{\alpha}$.

sum supra omnes caelos, in caelum Eupyreum, non est sacramentaliter, in caena, participem reddi corporis, & sanguinis Christi: qui iussit panem, qui est corpus eius, manducare: & vinum, quod est sanguis eius, bibere: non auocari, neque pique anima, & fidei mente, seu speculatione, in caelum commentitium. Ergo panis non est asseruandus, adorandus, circumgestandus: ut faciunt Papista. Idenim neque instituit, neque mandauit Christus.

Ex loco,
τῶν αἰτίων.

Argumenta haec τὴν ὕλην habent ex substantiae predicamento, hoc est persona Christi, quae ὑπόστασις, est causa omnium ἔσιων, non tantum caena Dominicae.

Item,

Ab exemplo,
quod est αἰτίον ὁ
ρεκτικόν, ἢ
κίνητικόν.

Discipuli Omnes panem, qui est corpus Christi, comederunt: ex poculo etiam, quod est sanguis Christi, omnes biberunt. Ergo & Iudas, ὁ πωροδότης, sumpsit panem, qui est corpus Christi: & bibit vinum.

num, quod est sanguis Christi.
 Idem fecerunt Corinthij, nō solum Apo-
 stolus, & Diaconi.

Ergo omnes etiam ex laicis (non sacrifi-
 ci tantum vincti, & rasi) debent panem
 istū comedere: & ex poculo illo bibere.

Item,

Panis fuit in prima cœna: item poculum. *Amateria.*

Nam Iesus accepit panem, & poculum.

Paulus etiam à consecratione, quā vo-
 cant, sæpius, idq; alternis vicibus appel-
 lat panem, & poculum, seu potum.

Ergo panis, & potus manent in sua na-
 tura: nec transsubstantiatur in corpus,
 & sanguinem Christi.

Et,

Christus panem affirmat esse corpus su-
 um: & calicem, seu potum, esse sanguinē
 suum. Paulus etiam vocat panem
 H V N C, scilicet, qui est corpus Chri-
 sti: & poculum H O C, nempe, quod est
 sanguis Christi.

Ergo in cœna, seu manducatione, & potu

corporali, qui fit ore, nō solum est panis,
& vinum, vt Zuingliani, & Caluini-
stæ garrunt: sed etiam verum corpus
Christi, nimirum pro nobis traditum: &
verus eiusdem sanguis, pro nobis pro-
fusus.

Item,

Paulus Apostolus panis fractionem di-
cit ESSE *κείνωσις* corporis Christi: po-
culum benedictionis esse communica-
tionem, & participationem sanguinis
Christi.

Ergo in cæna non modò panis frangitur,
seu distribuitur edendus: sed etiam cor-
pus Christi communicatur, & sumitur.
Nec poculum solum ebibitur: verum et-
iam sanguis Christi hauritur ore cor-
poreo.

Item,

Panis, & vinum sunt cibus, & potus cor-
ruptibilis, & interiturus.

Ergo panis, & vinum in cæna cōcoquun-
tur, & absumentur: vt ceteri cibi, &
potus.

Et,

Christi corpus non est cibus interiturus,
aut corruptioni, mutationiue obnoxius;
nec sanguis Christi potus, aut effusus,
est corruptibilis, & putrefactioni
subiectus.

Ergo in cœnæ sumptione, corpus Christi
non laceratur dentibus, aut digeritur,
nec sanguis eius absimitur.

Nam in cœnâ sanguis in Christo vi-
uente, viuus exitit: in cruce effusus qui-
dem: sed tamen sanguis fuit eius, qui iu-
xta Psalmum, non vidit corruptionem.
Ut enim ὁ Λόγος & vitæ autor, & recupe-
rator, qui est ipsa ἀνάστασις, non reliquit
animam Domini post illam dissolutionē,
seu mortem, in inferno: sic neq; corpus, &
quicquid in eo fuit corporeū, vidit corrupti-
onē: sed ἡνωσάμενος cum anima, & cor-
pore, & singulis Christi sanguinis guttulis
fuit ὁ Λόγος & arctissimè coniunctus. Ideoq;
victor mortis, Diaboli, & inferni, glorio-
se excitauit Iesum ex mortuis. In qua ἀ-

νικησας Christus victor, & triumphator,
 & vitæ Sol, recepit omnia substantialia,
 quæ in horto, in captiuitate, & cruce,
 videbatur amisisse. Eamq; ob rem, & san-
 guinem omnem, nulla putrefacta guttu-
 la, vi suæ potētiae, qua omnia alia viuifi-
 cat: & vi resurrectionis: quæ & omnium
 resurrectionum perfectissima, absolucif-
 simaq; causa fuit, recepit, & recuperavit.
 Quem sanguinem omnem, sicut in cena
 prima, antequam fusus esset, discipuli o-
 mnes, & singuli, totum, & vniuersum ore
 potârunt: ita reliquis temporibus, vsque
 ad eius reditum visibilem, omnes in cena
 eundem, non alium, & diuersum à priorè
 hauriunt. quicquid à deo, & impij quidam
 philosophastri κακοφίλοσοφουτες, &
 μωροσοφουτες blasphemant. Nugan-
 tur igitur Papistæ: qui credula multitu-
 dini persuadēt, alicubi guttas Christi san-
 guinis asseruatas, se posse monstrare. Sed
 isti, dū Christi sanguinē, quo redempti su-
 mus, conculcant: videant, quem iudicem
 sint

sint habituri: quem videbunt ij, qui latus
illius sanctū compunxerunt: ex quo san-
guis, & aqua, & sic sacramentorum no-
ui testamenti effluerunt.

Si modò ijs
sti γιναντο
λίτρος αλις
quod iudis
ciū futurū
credunt.

Argumenta ex ijs, quæ vt sub-
stantia considerantur.

Ex toto superiore, hoc est,
genere.

Cæna Domini est cæna.

Ergo cæna Domini māducatur, & bibi-
tur proprie: non autem proprie, & per se
creditur, seu cogitatur, aliquid imagi-
nando.

Item,

Cæna Dominica est māducatio, & potus.

Ergo aliquid in ea sumitur ore.

Et,

Omnis cæna sumitur, id est, manducatur,
& bibitur ore corporeo.

Atqui cæna Domini, est cæna panis, qui
est corpus Christi: & vini, quod est &
sanguis Christi.

Ergo sumitur in ea ore carnali panis, qui
I 3 est

est corpus Christi: & vinum, quod est
& sanguis Christi.

Item,

Omne sacramentū est actio externa, seu
corporalis, habens mandatum, & pro-
missionem additā ceremonie externae.
Cæna Domini est sacramentū. Ergo, &c.

Item,

Omnis res sacramenti accipitur sola fide.
Remissio peccatorum est res sacramenti
cæne.

Remissio igitur peccatorum accipitur so-
la fide.

Haecenus prosyllogismus Maiori
propositionis: sequitur ipse syllogismus:
cuius maior est conclusio superior.

Iudas, & omnes indigni non habent fidē,
scilicet veram.

Iudas igitur, & indigni non accipiunt in
cæna remissionem peccatorum: etiamsi
integrum sumant sacramentum, ad iu-
dicium.

Ex

Ex toto, quod est in quaestione.

In omni cœna Dominica est sumptio corporis, & sanguinis Christi: cum pane, & vino. Ergo & in prima cœna. Ergo & in Corinthiaca: ergo & in reliquis, vsq; ad finem mundi.

Item,

Cœna est Dominica.

Ergo à Domino instituta.

Ergo non est cœna communis: sed in qua corpus, & sanguis Domini sunt discernenda ab alijs cœnis.

Ex toto integrali.

Integrum cœnæ sacramentum, est sumptio panis, & vini, & cum his corporis, & sanguinis Christi, hoc est, signorum, & rerum signatarum.

Iudas autem integrum sacramentū accepit. Biberunt enim ex eo OMNES, scilicet poculo, quod est sanguis Domini. ergo & panem sumpserunt omnes. Iuxta illud: ait ad discipulos: accipite, comedite. Hoc est corpus meum. & ma-

nus prodentis Dominum fuit cum eo in mensa.

Iudas igitur proditor sumpsit panem, & vinum, corpus, & sanguinem Christi.

Ex ijs, quæ ad totum illud tractandum adhibetur.

Ex verbi notatione.

Cæna hæc dicitur Dominica.

Ergo est cæna singularis.

Ergo Dominum habet conuiuazorem, & victum, atque potum cælestem, ipsum Dominum.

Ex toto integrali.

Cænae sacramentum consistit non solum in panis distributione, & sumptione, quod est corpus Christi: verum etiam in poculi dispensatione, & vini haustu, quod est sanguis Christi.

Pontificij in suis Missis panem solum distribuunt interdum: non calicem benedictionis.

Pontificiorum igitur Missæ non sunt sacramentum cæna Domini.

*Vt enim integrum sit sacramentum,
concurrere necesse vtrunq; συζευκτὸν τῶ
ὀλοκλήρη δείπνου: edere, & bibere.*

Ex partium coitione.

*Cæna Dominica constat ex pane, qui est
corpus Christi: & vino, quod est sanguis
Christi.*

*Omnes autem discipuli sumpserunt illum
panem, & illud vinum,*

*Omnes igitur discipuli communicarunt
cænae.*

*Ergo & proditor Domini sumpsit inte-
grum sacramentum.*

Ex definitione.

*Cæna Domini est manducatio panis di-
stributi, & sumpti: qui est corpus Chri-
sti: & potus vini dati in poculo, & ex eo
hausti, quod est sanguis Christi.*

*Sacramentarij non manducant panem,
qui est corpus Christi: nec bibunt vi-
num, quod est sanguis Christi.*

*Sacramentarij igitur non edunt cænam
κυριακῶν, sed propriam: qua Φαντα-*

*oia quadam somniant se ascendere in
cælum.*

*Ergo Papisticorum sacrificulorū, &
Monachorum Missa, non est cæna Do-
mini. Quia non distribuunt alijs corpus,
& sanguinem Christi pane, & vino: itaq;
nec alijs sumunt sacramētum. Cæna enim
panis, & poculi est communicatio, seu
dispensatio, ac sumptio corporis, & san-
guinis Christi. Pontificij autem, in pri-
uatis, & publicis suis missificationibus,
non communicant alijs, vt Christus, &
Paulus fecerunt: & vt Dominus iussit
facere: quod nimirum ipse fecit: panem
enim & poculum dedit discipulis, vt co-
mederent, ac biberent: sed sumunt soli.*

Τὸ δεῖπνον.

*Cæna Domini est actio, in qua Christus
nobis dat cum pane suum corpus, &
in poculo suum sanguinem cum vino
bibendum.*

*In Papistarum Missis Sacrificus nõ dat
alijs cum pane corpus Christi, & in vi-
no san-*

no sanguinem Christi: sed, ut somniant, ipsi dant, seu offerunt Christum hostiam Deo Patri. Sacramentarij etiam in suis concœnationibus non dant alijs panem: qui est præsens (eiq; unitum, in illo usu) corpus Christi: nec dant alijs poculum, quod est & sanguis Christi præsens bibentis ori corporali.

Ergo nec Missa Papistica, nec concœnatio τῆ ἀπὸ Φάγῳν, καὶ οἴνοποτοῶν Zuinglianorum, ac Calumnistarum, est cœna Domini.

Item,

Sacramentū corporis, & sanguinis Christi in cœna est manducatio panis, qui est τὸ σῶμα τῆ Χρῆστῶ: & potus vini, quod est & τὸ αἷμα αὐτοῦ.

In sollemnibus communicationibus, quæ sunt tempore Paschatis, manducant laici tantum panem, qui non est corpus Christi: calicem autem mysticum illis subtrahunt Sacrilegi, sacrifici, inquam, pontificij.

Ergo in istis solēnibus cōmunionib. sicut
 ijs, q̄ fiunt apud ægrotos: nō editur sa-
 cramētū corporis, & sanguinis Christi.
 Ergo nec asseruatio, repositio, inclusio,
 circumgestatio panis consecrati mur-
 mure, & halitu flagitiosi Sacerdo-
 tis, aut monachi, est sacramentum: sed
 cultus idolatricus, & arcolatria.
 Sed de vsu hoc postremo, qui positus est
 in argumentando, commodius agetur à
 nobis in nostris Topicis, & Analyticis.

Caput XXI.

ΤΑ ΣΥΣΣΗΜΑΙΝΟΜΕΝΑ,
 quæ dicuntur à Dialecticis consigni-
 ficatiua, & de ijs, quæ cum his co-
 gnationem aliquam habēt.

AD locum substantiæ non inscitè re-
 digentur verba τὰ ἀρχικά, quæ
 Grammatici vocant Substantiua. Cuius-
 modi est verbū SVM, ES, EST, Existo,
 & similia, τὸ εἶμι, τὰ ἀρχα, γίνομαι.
 Eius

Eius exempla in hac causa sunt:

Τοῦτό ΕΣΤΙ τὸ σῶμά μου. Hoc EST
 corpus meum. Matth. Mar. Luc. vel,
 ὡς Paulus habet: Τοῦτό μου ΕΣΤΙ
 τὸ σῶμά μου. Hoc meum EST corpus.

Item,

Τούτο γάρ ΕΣΤΙ τὸ αἷμά μου τὸ τῆς
 καινῆς διαθήκης (ΟΝ) &c. Hoc enim
 EST sanguis meus: qui EST (ἀντι-
 διαβολῆ) noui Testamenti. Lucas, &
 Paulus. Et,

Τούτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη Ε-
 ΣΤΙΝ, ἐν τῷ αἵματί μου, ἢ ἐν τῷ ἐμῷ
 αἵματι. Hoc poculum noui testamen-
 tum EST, in sanguine meo. Idem.

Item,

Poculum benedictionis, cui benedicimus,
 nonne communicatio EST sanguinis
 Christi? Panis quem frangimus, non-
 ne communicatio EST corporis Christi?

Et,

Quia vnus panis (scilicet EST, quem su-
 mimus: vt continenter explicabit) vni
 corpus

corpus multi SVMVS. Nam omnes
ex eodem pane participamus.

Et mox:

Qui edunt victimas: participes SVNT
sacrificij.

Idem Paulus capite insequenti.
Reus ERIT, ἕσται, corporis, & sanguinis
Domini.

Et, κατ' ἐκφψιν.

Propter hoc, inter vos, multi imbecilles
& inualidi (SVNT) &c.

Item.

Oportet enim & sectas ESSE inter vos.
δεῖ γὰρ καὶ αἰρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι.

Hic obseruari debet μὴ οὐκεία, huius
verbi potestas: cum accipitur
ἀποσώτως.

Vt in illo:

Οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν,
non licet Dominicam cœnam edere.

Eiusdem ordinis & hæc sunt:
ἵνα ἄρχῃ, esse, vel existere.

Ὡς, Ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχοντα.
 Audio dissidia inter vos existere.

Τὸ γίνεσθαι.

Ὡς, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένηνται ἐν ὑμῖν. Ὡς, qui probati sunt: manifesti inter vos fiant.

Quòd autem τὸ εἶναι ad ἑστίαν re-
 tulimus: non temerè, sed Aristotelis exē-
 plo, à nobis factum est. Nam is τὰ παρῶ-
 νυμα (quia σύσσιχα sunt) in docēdo ple-
 runq; coniungit. Quantitati igitur quan-
 titati quale, causæ rem de causa
 effectam, τὸ αἴτιον τὰς αἰτιατὰς, cōiugatis
 deniq; casus aggregavit. Ergo τῇ ἑστίᾳ,
 cuius est proprium ESSE, subijciamus hic
 τὸ εἶναι: quod idem significat, quod Esse.
 Quanquam verò huius verbi aliæ quoq;
 sunt δυνάμεις, ἔσσημαινόμην, significa-
 tiones: tamen, quὰ ὑπαρκτικόν est: hic
 quoq; debet spectari: sicut verbum, τὸ ὑ-
 παρκεῖν, vnde ὑπαρκτικὰ nominan-
 tur πρῆματα, simul potest considerari: qua-
 tenus est παρλοσημαίον: sicut verbū γί-
 νεσθαι.

indiuiduo: generis tum naturam obtinet.
 Vt, Christus est Deus, & homo. Ex v-
 trisq; enim naturis constat. Christus est
 humani generis Assertor, & seruator.
 Hoc enita eius proprium est. Christus est
 eternus Dei Patris æterni Filius, quem
 Pater genuit ab æterno, imaginem suam:
 qui, propter nos homines, in plenitudine
 temporis, hominem totum assumpsit, ex
 substantia suæ matris ἀδελφῆς Μα-
 ρίæ, in vnā indiuiduam personam, quā
 nunquam, & nusquam deponit, &c. οὐ-
 κὼν est. In his propositionibus ἔστι δὲ
 copulat verbum EST prædicatum cum
 subiecto. In veris accidentibus non item.
 Nam affirmantur, vel negantur illa de
 rebus subiectis sæpenumero, non solū ve-
 re: sed etiam necessario, vt in ἀρχαῖς οἰκί-
 σεις: sed tum verbum, EST, non ἔστι δὲ, sed
 καὶ ἀσυνεχῆς, coniungit propositio-
 num terminos, seu partes. Vt Christus est
 mitis. Iuxta illud: discite à me, quia sum
 mitis. Christus est magister: est pastor bo-
 nus,

K

nus,

nus, qui animam ponit pro suis ouibus:
 est agnus, aut victima: Christus est verax,
 est omnipotens: est Rex: est vbiq; rebus o-
 mnibus præsens. In quibus, quid accidens
 reuera sit: quid quasi accidens, facile po-
 test intelligi. Nam quia Christus est De-
 us, in quem nullum cadit accidens, & ὁ
 θεός, est mitis: est Dominus, verax, omni-
 potens, vbiq; præsens. Imò est ipsa lenitas,
 veritas, omnipotentia, & vbiq; præsenti-
 tia. Quia verò homo, multa ei acciderūt,
 tempore exinanitionis: vt esset infans,
 & puer: vt esset victima, pro nobis, in ara
 crucis, Deo Patri immolata. que κατὰ
 οὐρανὸν & ἐν ἔξοδῳ dicuntur de Christo: quem-
 admodum hæc: Christus, quia homo, est e-
 tiam omnipotens, & rebus omnibus vbiq;
 præsens. Hoc enim habet à Verbo: quod
 in eum omnes suas transtulit propieta-
 tes: quas per eundem exerit. Et quanquã
 hæc propositiones, vt veræ, sic necessarie
 sunt: propter personalem vnionem: tamẽ
 homo Christus non est ὁ θεός, sua vi,
 & na-

& natura, & per se, omnipotens, & ubiq;
 coram præsens rex: sed δι' ἄλλο, & κατὰ
 συμπεθερικὸς, propter λόγον, Filium Dei:
 à quo illas ipsas prærogatiuas, cum Ver-
 bum caro fieret, plenariè accepit. Etsi igitur
 Verbum, quasi τυχόντως, & ἐκόντως,
 factum est caro: tamen est utriusq; natu-
 ræ, ἁσιώδης, & ἀδιάλυτῃ ὕνιο, & co-
 pulatio. Non enim τῷ λόγῳ, unita est
 quadam res aduēticia, sed ἡ ὄντως ἁσία,
 verus homo, & integer, constans anima,
 & corpore. Ex his perspicitur: quo-
 modo τὸ ΕΣΤ, coniungat prædicatum cū
 subiecto. Eandem vim habet omnino in
 his pronunciatis: Hoc ΕΣΤ corpus me-
 um: Hoc ΕΣΤ sanguis meus. Quid e-
 nim sit illud, quod Christus demonstrat,
 perspicuè docet. Hoc panis, qui est corpus
 Christi, iam non solum panis est: sed simul
 etiam, corpus Christi, in usu cœnæ. quæ
 duo iam sunt vnum, & copulata, μυσικῆ
 ἐνώσι, quæ est χωρισή. Etsi autem vera
 est ἀπόφανσις, & ἀναγκασία: propter in-

Causa præ-
sentia cor-
poris, &
sanguinis
Christi in
cæna Do-
mini.

stitutionem, & verbum Christi, causam
necessario suum producentem effectum:
vt panis adsit corpus Christi in manduca-
tione, & potu: tamen fit illud τοῦ ἁγίου
non ἕως ἄνωγες: vt panis sua natura sit cor-
pus Christi, sed per accidens: tamen si id
quod illi accidit, ex Christi voluntate, &
ordinatione, sit præstantissima substan-
tia, corpus videlicet Christi, pro nobis tra-
ditum. Non enim res aduentitia, aut ac-
cidentaria, est pro nobis data in mortem.
Idem poculo accidit, ex institutione Chri-
sti, vt vinum in eo sit sanguis Christi. Sed
de his supra etiã sunt quædam exposita.

Zuinglius ineptè hoc verbum EST,
per significat, exposuit. Ex quo, nugato-
ria consecratione, effici vult: si panis si-
gnificet corpus Christi, calix sanguinem
eius: absentem à cæna, seu esu, & potu ef-
se Christum suo corpore, & suo sanguine.
Sed nec probauit ille adhuc, nec probari
à quoquam poterit vnquam, verbū EST,
in his enunciationibus, per significat, ne-
cessario

cessario exponi oportere. Adfert ille quidem unum, ac alterum exemplum. Sed dum per ea nititur confirmare, id, quod in controuersiam ipse vocat (quod tamen nunquam controuersum fuit) in duo vitia incurrit: quæ à Dialecticis *παεγλογομοι* nominantur. in repetitione principij. Dubium enim illud suum (nam alijs non est dubium) probat per id, quod per eque dubium est. Nondum enim probauit, in istis quæ adduxit locis, EST, pro significat, positum esse: & sunt à nostris Theologis saepe firmissimis argumētis ea refutata. Alterum est nō minus fœdum, quod admittit, vitium captionis, quam vocant, à dicto secundum quid, ad dictū simpliciter. Nam, vt maxime verum esset, quod dicit, interdum EST, sumitur pro significat: tamen non sequeretur inde necessario: etiam in his propositionibus EST, per significat, exponi debere. Secundum illud puerorum Caluini principium Dialecticum: Partibus ex puris sequitur

quitur nil: & quæ sequuntur. Tertium non minus nugatorium est: ut si verbum ὑπαρτικόν, pro significat sit positum: idcirco significet rem absentem. Non enim omnia, quæ significant aliquid, sunt τὰ ἀπὸντ & πράγματ. Ac pueri elementarij explodunt, eodem versiculo, fallacem istam conclusiunculam Sophista. Ex quibus perspici potest: quæ fuerint, & adhuc sine Sacramentariorum, in ruinosa istorū causa, putrida fundamenta. Quod si verum est: ut EST accipiatur pro significat, in verbis Christi: Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus, seu hoc significat corpus, & sanguinem meum: sequetur, idem verbum in alijs cœnæ Dominicæ locis, esse eodem modo exponendum. Quid enim vetat, quò minus id nobis quoq; liceat facere: quod istis hominibus est licitum?

Ζειγλι- Hoc significat sanguinem meum, qui
 κη ἐξήγη significat nouum testamentū. τοῦτο γὰρ
 σις. ἐστὶ τὸ αἷμά μου, τὸ ἔκκαίνης διαθήκης.
 λείπει

ἀέπει, ὄν, Ergo sanguis Christi significat
 nouum testamētum absens, fortasse abo-
 litum per testamentum vetus. Ergo, hac
 Zuingliana consequentia, sanguis Chri-
 sti est noui quidem fœderis, sed absentis,
 quod nondum est pactum: quod fortassis,
 ad Calendas Græcas, aut in alio quodam
 nouo testamento feriet, atq; percutiet no-
 biscum Christus, per significatum absen-
 tem sanguinem: qui sanguis erit forsitan
 Messiae istius, quem Iudæi expectant sci-
 licet. Non igitur in cœna fuit præsens
 Christi sanguis. Vbi igitur fuit Christus?
 qui cœnam illam suis discipulis, cum qui-
 bus vnâ discubuit, in mensa, coràm præ-
 sens, apparauit, eiq; præfuit?

Item,

Hoc poculum, nouum testamentum
 SIGNIFICAT (pro est) in sanguine
 meo, scilicet absente. præclarum sanè te-
 stamentum nouum, quod abest, seu nullū
 est. Et rectè quidem. Nam sanguis Chri-
 sti abest: quo illud testamētum conditur,
 & stabilitur.

Item, Vermilio etiam Martyre
interprete.

Calix benedictionis, cui benedicimus,
non est, sed significat communicationem,
scilicet absentem. Si igitur abest illa com-
municatio: certè nulla istis fanaticis ho-
minibus societas est, nulla participatio
cum Christo, sed cum Belial: nullum etiã
ius habent in Christi sanguine: qui secun-
dum istos, absens est. Iuxta illud: calix
significat absentem communicationem
sanguinis absentis Christi.

Item,

Panis, quem frangimus, non est, sed
significat tantum communicationem ab-
sentem corporis Christi absentis. Fuit i-
gitur Christus, suo corpore absens à coe-
na: in qua Dominus, cù suis discipulis ac-
cubuit? Cum igitur, secundum illos, panis
communicationem significet absentem,
corporis absentis: nihil illis est cum Chri-
sto commercij. Missum igitur illum isti
omnino faciunt: qui eum à se tam impie,
& Sto-

& solidè abigunt, atq; repellunt.

Item,

Quia vnus panis (est) vnum corpus multi sumus. Hoc est, iuxta Zuinglianã enarrationem. Quia vnum panem significat. Quid autem, fanaticè, significat tibi vnum panem cœnæ Domini? At nulum ex eo loco, dare potes subiectum: ad quod illud *τα αἰσθητὰ*, in plena enuntiatione, accomodetur: Vnum panem significat. Falsa igitur est expositio. Sin vera: erit profecto panis absens. Nullum igitur Paulus, Corinthi, panem tractauit, in Ecclesiæ epulo. Nullus etiam deinceps adhibendus est: sed fidei tantũ requiritur contemplatio, vel potius imaginatio. Sequitur, vnum corpus multi sumus, id est, significamus mysticum corpus absens. Ergo Corinthij non fuerunt de corpore illo, seu de Ecclesia: sed ex illa excommunicati. Significabant enim corpus, id est, Ecclesiam aliam duntaxat. At quàm, ij qui exterminati sunt, possunt

significare? Typus sanè vera Ecclesia esse non possunt: sed falsæ.

Huius generis & ista erit glossa.

Qui edunt victimas: participes significant sacrificij. vt rectus in accusandi casum commutetur. hoc est, cœlum, terra, quod aiunt, misceatur. Ergo ij, qui edunt victimas, partem de ijs nullam capiunt: sed significant, sui esus τὸ πῶ, absentes quosdam, aliquando manducaturos, sacrificij participes fore. In nouo, qui erit scilicet, fortè terrarum orbe: vt est America: vel, vt Zuingliano vtar interpretandi genere, qui significabit absentem loco, & tempore, terrarum orbem: vt significat Americam, aut ἔτοπιαν: pro, vt est America, &c.

Iam qualis hæc est glossa balbutientis, & qualis hic μοιλάλος interpretis? Reus erit (ἔσται) corporis, & sanguinis Christi? Id est. Ζοιῖς λικῶ ἔσται: Reum significabit corporis, & sanguinis Christi, absent-

sentis, iuxta superiorem exegesisin. Igitur qui indignè manducat panem hunc, & indignè bibit ex poculo hoc: non ERIT ipse reus: sed τὸ πῶς tantum alterius cuiuspiam, qui REUS est corporis, & sanguinis Christi. neq; verò is erit reus: sed rursus alium quendam significabit: ut res progrediatur in infinitum. Indignè igitur, & ἀναξίως, vescentes, qualescunq; illi tandem sint, in alios, eosq; incertos, omnem culpam transferant: suam nullam agnoscant: qui digni scilicet erunt (nempe ἀμετέωνοι) qui de pane illo edant: & de poculo illo bibant.

Refer huc ἐλαττικὸν istud:

Propter hoc, inter vos, multi imbecilles, & inualidi, subaudi, sunt. hoc est, ἐβδξισιγγλικῶ, inter vos multi imbecilles, & inualidi significant, aut (ne ἀκατάληκτα, & cōtra Prisciani præcepta, contra sit oratio) significantur. Ergo inter Corinthios, nulli, propter illum reatū, fuerunt ἀδυνάτοι, & ἀρρωστοί: sed significabant

bant alios absentes: forte Athenis, aut Lacedemone: aut illos, de quibus dicitur continenter, intelligit. Ac dormiunt multi. Quia mortui absunt à nobis. Sed hanc propositionem, κατ' ἀνάγνωσιν, resolvimus, in gratiam Sacramentariorum: ut sit illa enunciatio ἀόριστος. Multi dormiunt. hoc est, Multi ex vestris sunt dormientes, vel mortui. Et, ἔτι Ζηγγλιῶν. Multi ex vestris, significant dormientes, seu mortuos, scilicet absentes. Hoc est, illi ipsi non sunt οἱ κοιμῶντες, ἢ ἀποθνήσκοντες, sed vivunt adhuc, nec à Domino sunt correpti, ac iudicati corporali morte.

Id est, erūt dormituri, seu significantur ab aliis dormituros, ut Corgula fiat quaedam ἐπιφανής

περαντολής γὰρ ἄριστος, absurda in finitas.

ne cum hoc mūdo condemnarentur. Itaque alij, quos isti significant, dormient aliquando, & alicubi, & pro illis rebus, penas persolvent. Bella certe hæc est, & cum iustitia Dei, scilicet, coniuncta interpretatio, atq; sententia.

Deniq; hunc in modum illud enarrari debet ex istorum σημειωτικῶν, id est, Significatarum extraordinaria glossa: Oportet

Oportet enim & sectas ESSE inter nos. seu, ut Dialectici ἑσθητικῶς enunci-
ant: Necessariò (non absoluta necessita-
te) inter vos sunt sectæ. Rationem enim
subijcit, ἵνα οἱ δόκιμοι, &c. Torquebi-
tur hæc propositio, iuxta Tortellij regu-
lam, & συμπαραλήθησιν ἀπὸ τοῦ ἀγχα-
Φου, καὶ ἀσώηθη: Oportet enim & se-
ctas significare, vel significari inter vos.
Ergo non erant sectæ inter Corinthios:
sed tantum significabantur schismata, &
sectæ absentes, & aliquando in Ecclesijs
(utpote ἐν ταῖς τῶν Ζηζυζλιανῶν) exo-
rituræ. Cur igitur Apostolus tam graui-
ter eos obiurgat, σφοδρῶς Πηλιμήσδ; Νό-
enim, sicut alijs in locis, λαμπρῶς utitur
genere orationis: ut eos laudibus dignis
vehat. Itaq; ἐκ ἐπαυνῶ, inquit, & μόλι, ἐπι-
ναλήσεται, τί ὑμῖν εἶπω; ἐπαυέσω ὑμᾶς;
ἐν τούτῳ σὸν ἐπαυνῶ. Sed ut hæc inter-
pretationes sunt insulse, atq; absurde: sic
Zuinglij ista enarratio, ex qua proxima
fluxerunt, est falsa: nec unquam necessa-
rijs

Alia glossa
Tortellias
na.

ijis argumētis ab eo, eiusq; discipulis, esse
demonstrata. Nam in nouis articulis, aut
explicationibus probandis, non suffici-
unt $\pi\theta\alpha\rho\alpha\iota$: sed $\alpha\nu\alpha\rho\kappa\alpha\iota\alpha$ rationes, in
Theologicis disceptationibus, flagitan-
tur, quibus non ostendatur, posse hoc, vel
illud, ad hunc modum exponi: sed neces-
sario sic, vel sic interpretandum esse.

Verum de his, in præsentia, satis: de-
inceps ad Quantitatem transeamus. Nā
ex his, quæ dicta sunt, studiosi per se in-
telligent vsum primi generis locorum,
quod est $\omega\epsilon\theta\lambda\eta\mu\alpha\lambda\iota\kappa\omicron\nu\omicron\nu$, estq; generis,
proprii, definitionis, & rei aduentitia.
Illud tantum obseruent de Accidente.

Separabili.

Panis non est Christi corpus extra v-
sum integri sacramenti.

Separabilis etiam præsentia Christi
seruatoris est in ijs: qui ruunt contra con-
scientiam, in peccata mortalia, vt Pe-
trus: vel in peccata cōtra Spiritum San-
ctum, vt Iudas Iscariotes, in quem Sa-
crificat

tan as intrauerat, & qui iudicium ederat,
ac biberat.

Manet enim in credentibus, in ijsq;
vuit. Iuxta illud Pauli Galat. 2. *Viuo*
tamen iam non ego: sed viuit in me Chri-
stus: *Ὁ δὲ θεὸς ἐν ἐγώ: Ὁ δὲ ἐν ἐμοὶ Χρ*
στὸς. Durabilis igitur praesentia Christi
ad salutem, est in dignis, qui non peccans
contra conscientiam, seu mortaliter.

Inseparabil.

Generali praesentia, ratione commu-
nis sustentationis, in omnibus rebus con-
ditus est Deus, *ὅς αὐτὸ ἐπιτελεῖται ἡ*
hoc est, quam diu ipse eas vult existere.
In impijs etiam, & indignis manet: sed
ratione iudicij, & condemnationis.

Cum pane, & vino caena Dominica,
est praesens corpus, & sanguis Christi *ἁ*
χριστός. in vsu, seu dum manducatur,
& bibitur.

QVAN-

QUANTITAS.

Caput XXII.

Sequitur ergo Quantitas: quæ vili-
ter in Eucharistico negotio conside-
rari potest. Est enim reuera magna ce-
na: ad quam alludit Christus splendida
similitudine, atq; παρρησια. Ac instrum-
tionis historia nobis ostendit huius con-
trouersie multiplicem sanè varietatem.

Lucæ 14.

ἡ συνέχης πο
σότης.

Continuata quantitati magnitudi-
subiecta est: eaq; cernitur in longitudine,
latitudine, crassitudine, loco, tempore, &
motu.

Sed vt Christus est in cœlesti regno: sic
cœna eius est res cœlestis. Ideoq; in eius ce-
lebratione, non est imaginanda corporalis
Christi magnitudo, id est, vel longitudo,
vel latitudo, vel crassitudo, vel etiã par-
uitas. Nulla etiã est cogitanda locali
positio, aut circumscriptio, aut eius à ter-
ra longissimum interuallum, atq; distan-
tia: aut cum pane, ac vino extra manda-
catio

cationem, & potum, durabilis copula-
 tio, quæ sit diuturni temporis. Denique
 Christi hominis non est aliquis è superiori
 cælo motus somniandus. Sed omnis car-
 nalis cogitatio frenanda est: & acquies-
 cendum verbo Christi veracis, & omni-
 potentis, obedienti fide. Non est præsens
 in cæna $\omega\epsilon\gamma\epsilon\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\varsigma$, aut $\tau\omicron\pi\iota\chi\omega\varsigma$: quem
 admodum fuit tempore exinanitionis, &
 humiliationis: quemadmodum etiam
 se patefecit interdum, κατ' οὐνονομίαν, ἢ
 οὐρανόθεν, per dispensationem. Sicut
 se quoq; in ultimo reditu, ὀρεγτῶς mani-
 festabit. Sed adest hic non tam pro ratio-
 ne glorificatorum corporum, quibus ni-
 hil agilius, nihil subtilius: quam pro ra-
 tione $\tau\omega\sigma\epsilon\lambda\iota\chi\eta\varsigma\ \epsilon\upsilon\acute{\omega}\sigma\epsilon\omega\varsigma$, personalis
 unionis: qua ei dimensionum omnis pe-
 netratio est facilima. Hoc modo post $\epsilon\upsilon-$
 $\alpha\theta\epsilon\acute{\omega}\pi\eta\sigma\iota\upsilon$, $\epsilon\ \epsilon\upsilon\sigma\acute{\alpha}\rho\chi\omega\sigma\iota\upsilon$, ex virgine
 natus est. Fuit hæc perpetua veteris Ca-
 tholicæ, orthodoxæq; Ecclesiæ fides, atque
 sententia. Sed impiè nunc oppugnatur à

Zuinglianis, ac Calvinistis. Ac possem
antiquitatis hic plurima allegare testi-
monia: breuitatis autem gratia, subijciā
quaedam illustria.

Gregorius Nazianzenus,

ἐν Χρυσῶ πιάρονι.

Is coniungit tria ista miraculosa, stu-
penda ἁ, facta, vno in loco: quae copiosius
exponit seorsim in eadem Tragœdia.

Α', ἄ, σίγα, σίγα.

Εσηκεν ἰδοῦ δεσπότης θυρῶν ἔσω:
Ὀντως μεγίσου θαύματ Ⓞ, τὸ δ' ἄξιον.
Πῶς, πῶς πάρεσι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων;
Τάχ' ὡς ἀνέστη, καὶ τάφου κεκλεισμένου;
Καὶ πρὶν προῆλθον ἐκ πυλῶν τῶν περθεῖν;
Αλυτὰ τηρῶν κλειθρα μητρὸς πανάγκη.

Facto igitur silentio παρακελεύ-
κῶ μορσίω, particula cohortandi, ἔπει-
σάξει, iussione, subijcit ἐκθεσιν, exposi-
tionem τῶν ὄντως μεγίσου θαύματ Ⓞ.
Etenim maximum omnino, ἔτι valdè stu-
pendum est miraculum: quod attentè con-
siderari vult: quòd Dominus, intra fores,
ἄστικτι

astitit discipulis, metu Iudæorum, cōster-
 natis. Nouam hanc rem, visuq̄ miram,
 continenter exaggerat ἀυξήσας. Primum
 ἐκ τῆς ἀξίως. Factum enim, Christo, vi-
 dore peccati, mortis, & inferni, dignissi-
 mum fuit: adesse ijs παράκλητον, & πα-
 ερσάτων: pro quibus humanam assum-
 pserat naturam: & pro quibus acerbissi-
 mum pertulerat supplicium. Deinde Εκ-
 Φωνήσας ἔσεται Ἰουδαϊκῆ, exclamatio-
 ne, qua admirari satis non potest: quomo-
 do steterit ibi præsens clauso ostio. Tūm
 à similibus factis, tanquam exemplis, su-
 mit amplificationem. Nam & resurre-
 xit, clauso sepulchro: & quanquam cum
 nasceretur, ianuam egressus est virginis,
 præpotentis suæ matris: tamen illæsa ma-
 terni pudoris claustra custodiuit. Omnia
 hæc diuino miraculo, citra loci spacium
 facta esse credidit semper catholica Chri-
 sti Ecclesia. Vnde necessariò concludi-
 mus: diuina potentia fieri posse: vt duo
 corpora in vno loco esse queant. Eadem
 L 2 igitur

igitur Dei omnipotentia, vnum corpus,
in duobus, aut pluribus locis, pro illius
voluntate, potest existere.

Chrysoſtomus Hom. 16. De
Christi natiuitate ex virgine.

Da POTENTIAE DEI: quod
(Christus) de virgine natus sit: & tamen
ipsa virgo fuerit, post partum.

Augustinus.

Is scribit, Christus ianuam mundi hu-
ius intrauit, illeſo MATERNI pudoris
SIGNACULO. Eadem ratione resur-
ſcitatus à morte, monumentum egreſſus
eſt.

Iuſtinus Martyr.

Hic ſcribit Christum DIVINA ſua
POTESTATE, exiſſe ex monumento,
SAXO INCUMBENTE. Non e-
nim propter reſurrectionē, ablatum fuiſ-
ſe ſaxum à monumēto: ſed vt declarare-
tur ſpectantibus reſurrectio. Christus igitur
ante ſaxo: ſed adhuc clauſo, & lapide in-
cumbente.

Deniq; eodem modo bis ad suos discipulos venit κενλυσιδρών θυγών, cum fores clausæ essent. Id quod impudenter, ne dicam sceleratè, negant Sacramentarij, contra piam, doctamq; eorum (scilicet) vetustatem, seu antiquitatem. Id quod ex sequentibus locis apparet. quos fortiter transiliunt isti Πατροφθόγοι.

Chrysostomus Homel. 16.

Quia intrauit per ostia clausa: non erat Πνεύμα: non erat spiritus: verè corpus erat. Habebat carnes: habebat ossa: & clausa erant ostia. Quomodo clausis ostijs, intrauerunt ossa, & caro? Clausa sunt ostia: & intrat: què intrantem nõ vidimus. Quomodo intrauit? Omnia clausa sunt. Locus non est, per quem intret: & tamen intus est: qui intrauit: & nõ apparet, quomodo intrauerit. Nescis quomodo factum sit: & das hoc POTENTIAE DEI.

Ratio à
Dei potentia.

Idem Homel. 85. in Ioan.

Corpus tam TENVE, & LEVE: vt
L 3 clau-
Ratio à
qualitate
corporũ glori-
ficatorũ.

clausis ianuis, ingrederetur: omni CRAS-
SITVDINE carebat.

Cyrillus.

Lib. 12. in
Ioan. cap.
53.

Hic idem asseuerat: Christum, clausis
foribus, repente, OMNIPOTENTIA
sua, natura rerum superata, ingressum
esse ad discipulos. Ac quaestioni respon-
det: quomodo id fieri potuerit. Iubet enim
expendere, conscribi ista ab Euangeli-

Ratio ab
vniione per
sonali.

stis: non de HOMINE NVDO, vt nō
modò sumus: sed de OMNIPOTEN-
TE Filio Dei, qui rerum natura nō sub-
iacet. Hæc ille. Corpus igitur eius con-
iunctum cum diuinitate est, & esse potest
vbique: & propterea vbicunque cæna Do-
minica peragitur.

Eodem libro, cap. 59.

Vocat miraculosum, per clausas fores,
ingressum: & subiicit, quòd corpus terre-
stre LATIOREM VIAM desideret,
secundum suam naturam.

Iustinus Martyr.

Is mouet quaestionem: quo modo, post
resur-

resurrectionem, ad discipulos intrauerit
 Christus: si corpus GRASSVM, clausis
 portis impeditur: quò minus transire pos-
 sit. Ac responder: quemadmodũ non mu-
 tatione corporis, in spiritum, ambulauit
 Dominus, super mare: sed DIVINA
 SVA POTENTIA, fecit: vtambu-
 lari posset mare: idq; non solum suo cor-
 pore: sed etiam Petri: sic EADEM ILLA
 DIVINA POTESTATE, exiisse ex mo-
 numento, saxo incumbente: & ad disci-
 pulos ingressum esse, clausis ianuis. De-
 gressum addit: Non MUTATIONE corpo-
 ris, in spiritum, ingressum esse ad eos: sed
 cum CRASSO corpore, DIVINA SVA PO-
 TESTATE EFFECTRICE rerum,
 quæ sunt supra naturam.

Hilarius lib. 3. de Trinitate.

Quærit primùm, an Iesus constructa
 parietum penetrauerit: & solidam ligno-
 rum naturam impenetrabilem transcur-
 rerit. Stetisse enim, inquit, CORPORE-
 VM, non simulatum. Integra esse OM-

L 4 NIA,

A collatio-
 ne duorum
 similiũ mi-
 raculorum,
 probatur,
 Christum
 non per pa-
 tefactas,
 sed clausas
 fores, in-
 gressum es-
 se.

NIA, & OBSERATA: sed ecce, ASTI-
 TISSE medium: cui per VIRTUTEM
 suam vniuersa sunt peruia. Nihil cessasse
 ex SOLIDO: corpus Domini, à SE SE
 non DEFECISSE: vt sese resumeret ex
 nihilo. Responsonem deinde subiicit. Et
 sermo, inquit, ad hæc cædit: & extra RA-
 TIONEM humanam, est facti VERI-
 TÀS. Addit postea. Dicamus factum nõ
 fuisse: quia intelligentiam facti non ap-
 prehēdimus? Sed mēdacium, facti ipsius
 FIDES vincit.

Ambrosius lib. 3. in Lucam,
 ter in vno loco asseuerat, corpus
 Christi penetrasse, per clausas ian-
 nuas.

Habuit admirandi causam Thomas:
 cum videret, clausis, per inuia septa cor-
 poribus, inoffensa compage, corpus inser-
 tum, & ideo mirum: quomodo se natura
 corporea, per impenetrabile corpus infu-
 derit, in visibili aditu, visibili conspectu,
 tangi facilis, difficilis aestimari. Denique
 concur-

conurbati Discipuli, existimabant, se spiritum videre. Et ideo Dominus, ut speciem nobis resurrectionis ostenderet, palpate inquit. Non ergo per incorpoream naturam, sed per resurrectionis corporeæ qualitatem, imperuia, vsu, claustra penetravit.

Augustinus.

Idē affirmat, Christum nēpe, per ostia clausa ingressum, vera carne. Rationem addit à psonali vnione, moli corporis, vbi *Corpus glorificatū introiuisse, claustris stupētibus.*

DIVINITAS erat CONIUNCTA, clausa ostia non obstitisse. Cur, eodem in loco, interrogaret sanctus Doctor, vbi esset corporis PONDVS, & moles: si Christus potentia sua fores patefecisset? quomodo etiam homines, per vim, seras infringere, ianuas aperire, & intrare possunt.

Hic igitur nihil disputandum est de dimensionibus, quæ nihil ad gloriam illam cælestem corporis Christi faciunt. Nam quæ est dimensio, quæ moles, corporis exornati, immensa gloria, & maiesta-

te? Est enim spirituale: & tam agile: ut per omnia, citra offensionem, penetrare possit. Ne nostra quidem corpora istas habebunt dimensiones crassas: quibus iam sunt prædita. Ac conformitas gloria, de qua loquitur Paulus ad Philippenses refutat speculationes de corporum dimensionibus, & mole. Quòd si Christus diuina sua potentia efficiet: ut corpora nostra celesti gloria fulgeant: sintque spiritualia, & immortalia: quantò magis efficit, & præstat, ut suum corpus cum diuinitate vna cælumque coniunctum sit ubique: & præterea in omnibus locis: in quibus, per orbem terrarum ipsius cœna celebratur?

Caput XXIII.

REferuntur ad hunc ordinem omnia, quæ à Theologis disputantur, de loco, tempore, & motu. quæ sunt reliqua genera quantitatis. Ascribam autem insignes locos nostrorum Doctorum Augustinæ confessionis.

Ioannes Brentius, *Homel. 50.*
de Passione.

Cum dicimus, corpus, & sanguinem
Christi esse præsentia: ac distribui pane,
& vino cœnæ Dominicæ: non est intelli-
gendum de MATHEMATICA præsen-
tia. Cogitationes enim Mathematicæ, de
PARVITATE, aut MAGNITV-
DINE, pertinent ad res huius seculi: nõ
ad res spirituales, & cœlestes. Quare cum
dicitur: corpus, & sanguinem Christi cõ-
tineri, & distribui pane, & vino, per ver-
bum Christi: sentiendum est, verum cor-
pus, & verum sanguinem Christi, verè
quidem, non tamen Mathematicè, nec
naturali, sed supernaturali, & cœlesti mo-
do adesse.

Item,

Corpus, & sanguis Christi, pane, &
vino cœnæ Dominicæ verè, & præsender
nobis offeruntur, & distribuuntur. Ac
præsentia sunt, non humana virtute: sed
verbo, & ordinatione Domini nostri Ie-
su Chri-

tu Christi. qui quod vult, dicit: & quod dicit, potest in caelo, & in terra.

Idem, in suo Catechismo.

Obscurum quidem non est: quod humanum corpus, natura sua, in vno tantum LOCO esse possit. Hoc autem intelligendum est, iuxta huius externi mundi rationem. Sed longè alia ratio est caelestis regni. In hoc enim, vt nullum est discrimen temporum: sed omnia sunt vnum, & aeternum momentum: ita nullum est discrimen LOCORVM. Sed omnia sunt vnus locus: imò nihil earum rerum: quas humana ratio cogitare potest. Quae oculus, inquit, non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt. Cum igitur Christus sit in regno caelesti: & haec etiam caena sit caelestis: non est in celebratione huius caena, cogitanda corporis Christi, vel magnitudo, vel paruitas, vel eius LOCALIS positio, aut circumscriptio. Sed excussa omni carnali imaginatione, acquiescendum est, obedienti fide, in verbo Christi.

Idem

Idem in cap. 13. Ioan.

Hoc unum paucis nunc admonendū
 duxi: quòd quemadmodum impiè senti-
 unt, qui dicunt: hanc cœnam esse, merito
 actionis suæ, expiationem, pro peccatis
 viuorum, & mortuorum: ita etiam va-
 nissimi sunt: qui sentiunt, corpus, & san-
 guinem Christi, non esse reuera in hac cœ-
 na, nec distribui sumentibus, pane, & vi-
 no: sed tantum significari. Hi enim fin-
 gunt, nescio quas absurditates: quòd tam
 MAGNUM corpus non possit contineri,
 in TANTILLA panis particula. Quasi
 verò, in hac cœna, tale ageretur negotiū,
 quale est, cum mulieres recipiunt in ma-
 cello carnes bouis, aut vituli, in corbes
 suos. Sed profectò agitur hic cœleste ne-
 gotium: in quo considerandum est: nō quid
 rerum natura ferat: & humanae imagi-
 nationi absurdū videatur: sed quid ver-
 bum Dei dicat: & quid fides ferre queat.
 Scimus quidem optimè: nullum hominem
 posse corpus suum, in tantillam particu-
 lam

Papista.

Zuingliani.

Contra lo-
 calē, & cir-
 cumscriptā
 inclusionē.

lam panis, reponere. Sed de Iesu Christo
 Filio Dei, longè aliter sentiendū est, quàm
 de alijs hominib. Hic enim Christus non
 habet tam nudū corpus, aut carnē, quàm
 est caro alterius cuiusdam hominis. Sed
 habet carnem coniunctam cum diuina
 natura, in vnitate personæ. Verbum,
 inquit Ioannes, factum est caro. Quod si
 diuinitas implet panē cœnæ Dominicæ,
 quid phiberet, quò minus secum carnem,
 quæ cū ipsa, in vnitate personæ cōiuncta
 est, adduceret? Non ferunt hoc, inquit,
 naturales conditiones carnis. At nec fert
 naturalis conditio carnis: vt diuina na-
 tura cū ipsa coniungatur, in vnitate per-
 sonæ: vt ambulet super aquas maris, quæ
 si super aridam, & non demergatur: vt
 subito ex oculis hominum euanescat, &
 fiat inuisibilis: vt ascendat absq; scalis
 in altum, & suscipiatur à nube: ac multa
 id genus alia. Et tamen hæc omnia facta
 sunt, in carne Christi. Quid manifestius
 est: quàm Iesum Christum, qui descende-

Ab ἰπὸς αἰ-
 νῆ vniōne.

ἔπος ποσῶ.

Αὐτῶς αὐτῶν.

rat in infimas partes terra, ascendisse non in cœlum tantum: sed etiam super omnes cœlos, vt omnia tam infera, quàm supera impleret? Impleret autem non diuinitate tantum: sed etiam humanitate. Faceſſat hinc humanæ rationis prudentia. Non est hæc impletio, qualis est raparum in sacco: sed est cœlestis, & diuina: quæ dici quidem vtcunq; potest: non autem humano captu intelligi potest. Quod si verò Christus implet humanitate sua cœlum, & terram (hoc enim vult ascensus eius in cœlum) quomodo non impleret etiam, iuxta verbum suum, panem cœnæ Dominicæ? Et quæ ibi sequuntur.

Impletio
non est localis.

D. Martinus Lutherus, in breui sua confessione, de cœna Domini.

Docemus, corpus Christi esse in Sacramento, non LOCALITER, sicut stramen in sacco, aut vinum in dolio: sed definitiuè, hoc est, certò IBI ADESSE:

παρουσία αὐτοῦ
πρὸς τὸν οἶνον.

non

non equidem sicut stramen in sacco: sed
tamen corporaliter, & verè.

D. Philippus Melanthon, in
epistola ad Oecolampadium.

Ego de Christo video extare promissio-
nes: Ero vobiscum, vsq; ad consumma-
tionem seculi: & similes. vbi nihil opus
est diuellere ab humanitate diuinitatem.
Proinde sentio, hoc Sacramentum verè
presentiæ testimonium esse. Quod cum
ita sit: sentio, in cœna, præsentis corporis
ἔσθῃσιν esse.

Et paulò post.

Sed absurda minus offendent eum:
qui meminerit, de rebus cœlestibus, non
ex GEOMETRIA faciendum esse iu-
dicium: quiq; tentatus didicerit, nullam
esse rationem, quæ conscientiam satis do-
cere possit: cum à verbo Dei discesserit.
Et nullam firmam rationem inuenio, quæ
conscientiæ discendenti à proprietate ver-
borum satisfaciat.

Item,

Item,

Neg parum refert, in hac controuersia, verum vsum sacramentorum tenere: de quo magis proderat Ecclesias fideliter docere: quam de GEOMETRICIS speculationibus: quæ tantum reddunt mentes prophanas: non alunt fidem, & timorem Dei.

Caput XXIII.

DE MOTV.

AD quantitatem continuatam Dialectici referunt, & motum, κίνησις. Habet autem ex spacio, per quod fit, suam partitionem. At Christus sic in cæna præsens adest, vt non moueatur è loco in locum: quemadmodum mouentur symbola exhibitiva. Nam etsi in his distributio est physica, seu naturalis: tamen in communicatione, seu δόξα, & λήψει, corporis, & sanguinis Domini, alia ratio est: nimirum ἡ ἐξουσία, ἐπὶ τῶν πραγμάτων, καὶ

M

Deia,

Deia, supernaturalis, cœlestis, & diuina.
 Neq; enim vel directus ibi motus, quo ele-
 menta leuia, ignis, & aër mouentur sur-
 sum: grauia, videlicet, aqua, & terra de-
 orsum, cogitari debet. Ergo neq; nos at-
 tollimur in cœlum Empyreum: neq; ani-
 ma sursum eleuatur, ex corpore quasi ra-
 pta, per ἐξαισιωγή: neq; fides ascendit supra
 omnes istos cœlos, vbi non est locus: ac-
 proinde nec locale cœlum: in quo Chri-
 stus, corpore suo *ἑξ ἡμῶν*, τοπικῶς
 modò sedeat ad dexteram quandam lo-
 calem Dei Patris, modò surgat, stet, eat,
 ambulet, aut etiam recubet, si cupiat. Vt
 igitur non ascendimus in cœlum: sic Chri-
 stus sua virtute, aut Spiritus Sancti o-
 mnipotencia, non descendit ad nos ex cœ-
 lo in terram, vbi cœna peragitur. Itaque
 nec vigorem suæ carnis in nos, de cœlo,
 immenso distante à nobis spacio, destillas,
 aut transfundit, vt Calvinista, sine verbo
 Dei, comminiscuntur, & somniant. Sed
 vbiq; sine motu, qui naturalibus rebus
 huius

huius seculi, tantum competit, totus præ-
 sens est regnans Christus, Deus, & homo,
 cum Patre, & Spiritu Sancto. Iuxta il-
 lud: Non relinquam vos orphanos: ve-
 niam ad vos. Vbi duo, aut tres congrega-
 ti sunt in nomine meo: sum in medio eo-
 rum. Item, Ero vobiscum, vsq; ad con-
 summationem seculi. Multò minus cir-
 cularis motus hic fingi debet: quo Chri-
 stus homo, vt cælum, in orbem voluatur.
 Quod equidem necesse esset fieri: si cælum
 illud Empyreum Vranoplastarum esset
 in rerū natura. Idq; propter Antichto-
 nes, Antæcos, & Pericæcos. Quanquam
 mixto, & transuerso, atq; obliquo hic etiã
 motu esset opus. Nam quomodo Antipo-
 des, si cælum illud est supra nos: sese at-
 tollent anima, & fide, aut imaginatione
 potius sursum? An non prius per centrū
 terræ ad nos commeabunt, partim descen-
 su, partim ascensu? At quomodo anima
 humana solidum penetrabit? Sed forsi-
 tan alio motu, isti homines, qui aduersis

stant vestigijs, cōtra nostra vestigia, aut
 qui dicuntur obliqui, orbem terrarum,
 & marium, per aërem, per agrabunt, fa-
 cto quodam circuitu (ne pressuram, dire-
 cto motu per centrum terræ facta, patia-
 tur fidelis eorum anima) ut ad illud no-
 uum cœlum supra nos positum, tandem
 ascendendo, perueniant, satis bene longa
 perfecta profectio, ac ~~ἐν ἧσδ.~~ Mul-
 tō magis ridiculum est: si quis motum ex
 cæteris mixtum Christo affingat: quo, ut
 animantia per campos, valles, & montes
 ingrediuntur: sic Christus, in latissimo il-
 lo cœlo vel prorsum, vel retrorsum, vel
 sursum, deorsumue incedat, aut currat.
 Sed quando sacrarum literarum testi-
 monium, fanaticæ, saltem vnum profert,
 de eiusmodi enthusiastico, & phantasti-
 co vel ascensu, vel descensu? Profer tan-
 dem de mente eleuata in cœlum, & fide
 sursum corda euehēte, claras scripturas?
 Quando tandem? Quid cessas? Sed illud
 facies ad Calendas Græcas. Nos infra
 c. 17.

ἐν τῇ κατὰ τόπον μετὰβολῇ, pluribus De generi-
 differemus, de Christi ascensu, & descen- bus motus.
 su, & de rebus similibus: non ex fanati-
 corum delirijs, & somnijs: sed ex diuinis
 oraculis, & veterum testimonijs. Nunc
 ad reliqua pergamus. Nemo enim a-
 scendit in cælum, inquit Christus, Ioan. 3.
 nisi qui descendit è cælo, Filius hominis:
 qui in cælo est. Nec igitur Sacramenta-
 rij Enthusiastæ vel anima, vel fide, vel
 imaginatione, seu Φαντασία, ut sibi vi-
 dentur, ascendunt in cælum quoddam
 supremum.

DE QUANTITATE Determinata.

Caput XXV.

Genera quantitatis determinata,
 quæ διαμετρομένως nominant, sunt
 Numerus, & Oratio, quæ scilicet partes
 eius numerantur, aut mensurantur. Et
 quanquam horum consideratio non est

magni momenti, in Sacramentaria cau-
sa: tamen, propter studiosos Dialecticos,
nolumus ea præterire.

I. NUMERVS.

Numeri igitur sunt illa:

Vnus, a, um.

Οτι εἷς ἄρτος: quoniam Vnus panis est,
scilicet, quem frangimus: & particulis
factis, distribuimus. Sic corpus Christi
vnum est: quod totum, non in partes
diuisum (est enim ἄτομον, καὶ ἀμεμετρῆτον,
quia ἀφθάρτον, καὶ ἀθάνατον, in cæna cõ-
munionẽ) singulis vescentibus cum pa-
ne fracto, dispensatur, & exhibetur.

Et,

Εν σῶμα οἱ πολλοὶ ἐσμὲν: Vnum corpus,
μυστικόν, quod est Ecclesia, cæusa plu-
riũ, multi sumus. Vt enim panis ex mul-
tis frumenti granis: & corpus hominis
ex multis membris constituitur: sic Ec-
clesia ex multis mēbris coagmentatur.

Item,

Οἱ πάντες ἐκ τῆς ἐνὸς ἄρτος μετέχουμεν:
omnes

omnes ex vno, eodemq[ue] pane participa-
mus.

Huc pertinent nomina reliqua
collectæ multitudinis.

Omnes.

Nā OMNES ex vno pane participamus.

Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες: καὶ ἐπιον ἐξ αὐτοῦ
πάντες. Bibite ex hoc (poculo) OM-
NES: & biberunt ex eo OMNES.

Propositiones enim istæ sunt vniuer-
sales: quæ nulla ἐνστάσι, seu exceptione
possunt eludi. Sicut & hæc est ἡ καθόλου,
à parte prædicati: Mihi est data OMNIS
potestas, in cælo, & terra. Vbi non est
opus restrictione illa rancida, ex paruis
logicalibus emendicata: qua vtuntur nõ-
nulli matæologi, & fanatici. Non enim,
inquiunt, OMNIS Christo homini tradita
est potestas, seu ἐξουσία, in cælo, & in ter-
ra: sed ea tantum, quam habet. At Chri-
stus clarè pronunciat, & Πρωτογενῆς
κῆρς, sibi omnem, non in cælo tantum, sed
in terra etiam, potestatem esse, à diuini-

In γενίσα
αἰδίου, &
in γενίσα τῆ
ἐν χρόνῳ, ἡ-
γουμ ἐν τῷ ἐνε-
ανθρώπινα
& κτιστοῦ, ἀε-
λια proprie-
tatu Filij
Dei cõmu-
nicationis
ratio est.

tate, communicatam. Quod si ex vniuersalibus propositionibus, licet facere particulares: transeamus, deserta causa, in castra Papistarum, & Zuinglianorum.

Itaq; primùm fateamur cum Pontificijs, non omnibus bibendum esse ex poculo: sed ijs duntaxat, quos iussit ex eo bibere: Apostolos, seu ministros Ecclesiae

Discipuli Christi, diuerso respectu, sunt dispensatores mysteriorum Dei. Ergo habent, qui bus ea dispensent, iuxta illud: hoc facite. Nam alio respectu, in prima cœna, non fuerunt Dispensatores, sed cœnantes.

aut sacerdotes Antichristos, christos inquam, hoc est, vinctos, & rasos. Atq; Dominus iussit eos idem facere, quod ipse fecit: vt eius inuisibilis sint vicarij: id est, alijs, vt Paulus fecit, fractum panem dent, poculum benedictionis distribuant: & hi, quibus illa dispensant, accipiant. Deinde, si vera est hæc paruorum Logicalium restrictio: concedamus Zuinglianis, & Calvinistis, non omnes corpus Domini manducasse: nec omnes ex poculo bibisse potum, qui est sanguis Christi: sed omnibus oblatam quidem fuisse illam escam, illumq; potum esse porrectum: sed quosdam respuisse: vt Iudam Iscariotem fecisse clamant.

mitant. quanquam sunt ex sacramenta-
 riorum satellitio: qui proditorem, cœnæ
 non interfuisse contendunt. In quorum
 gratiam, restrictores illi paruilogicales, Parua lo-
gicalia.
 sic corrigant Evangelistas: Bibite ex eo
 omnes, scilicet tatum illi, qui digni sunt,
 & fideles. Et biberunt ex eo omnes, sci-
 licet, excepto Iuda. At quando hanc isti
 Vertumni ἐνστασιον demonstrabunt firmis
 rationibus? Eludunt Prædestinatores
 Stoici, eadem ratione, dictum illud Apo- Deus vult
omnes ho-
mines sal-
uos fieri.
 stoli: Deus vult omnes homines saluos
 fieri. Sed quia eludunt: non autem secun-
 dum analogiã Evangelij (quod docet, pro
 missiones esse vniuersales: & in Deo non
 esse cõtradictorias voluntates) probant:
 merito contemnendi sunt hi istorũ latria-
 tus. Neq; enim digni sunt isti vlla respon-
 sione: cum ὀρκισμῶ, grauissimo iureiu-
 rando, Deus asseueret: Vuo ego, NOLO
 mortem peccatoris: sed vt conuertatur,
 & viuat. Valeat ergo ista blasphema
 glossa, & enarratio. Nolo mortem huius,

vel illius peccatoris: huius vel illius mor-
tem volo. Verum de his particularibus
Euangelij prædicatoribus, alio in loco
differetur commodius. Tantum pero ab
hostibus Christi hominis ubiq; in cælo, &
in terra præsentis, & regnantis, in una
persona ἀμερίτω, κ̄ ἀδιαρέτω: ut hanc
determinationē, π̄ ἅσα ἐξ ἑστία i. quædam
firmis, necessarijsq; argumentis diuinitatū
literarum mihi demonstrant.

Quisquis, uel quicumq;

Ὁς ἂν ἐσθίῃ τὸ ἄρτον τῆτον, &c. quisquis
ederit panem hunc.

Ὁ ὃς ἐσθίω, & πίνω ἀναξίως, &c. qui-
cumq; edit, & bibit indignè.

Multi, πολλοὶ, κ̄ ἰκανοί.

Ἐν σῶμα πολλοὶ ἐσμεν: unum corpus
multi sumus.

Διὰ τῆς ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς, κ̄ ἀρ-
ρώστοι, κ̄ κοιμῶνται ἰκανοί: propterea in-
ter vos multi infirmi, & aegri sunt, &
dormiunt multi.

His añumerari potest: ut λαὸς, popu-
lus.

lus: sic ὁ κόσμος, mundus: quatenus multitudinem hominum significant: sicut mūdi appellatione, intelligimus, multò maximam impiorum hominum colluuiem.

Ὅσάκις, Quotiescunq, &c:

Ὅσάκις γὰρ ἐσθίητε τὸ ἄρτον τῆτον, & Ὅσάκις ἀντὸ ποτήριον τῆτ πίνητε, &c.
quotiescunq, enim comederitis panem hunc: & quotiescunq, ex hoc poculo biberitis: mortem Domini annunciate.

Item,

Τοῦτο ποιεῖτε, Ὅσάκις ἀντὸ πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν: Hoc facite, quotiescunq, biberitis, in mei cōmemorationē.

Huius loci, atq, ordinis sunt, quæ supra necessario exposuimus, in Substantiæ prædicamento: cū ad hoc etiā debeant attributū referri.

Ac DVODECIM elegit Discipulos, quos Matth. 10.
& Apostolos nominavit. pagina 13. ver Marc. 3.
su 7. Luc. 6.

Et,

Non solum DVORUM rerum genera esse præsentia

sentia in cæna, quæ in terris per agitur:
verum etiã ea dari à conuiuatore Chri-
sto, eiusq; externo ministerio, & sumi à
uescentibus, & bibentibus, manduca-
tione, & potu oris corporei. Pag. 26.
vers. 5. à fine. Et, pag. 44. ver. 3.

Item,

Christus homo non sedet ad dextra Pa-
tris sui omnipotentis, particulam: qua
sit in vno tantum quodam loco, multis
Schænorum myriadibus, à nobis, & à
terra remoto: sed ad Totam dexteram,
quæ est vbiq; tota. pag. 31. ver. 4. à calce.

Et,

Vtrunq; (panis, & vinum, corpus & san-
guis Christi.) manet, in sua natura,
presens, in hac vnione, quæ ἐν ἑσθί, vel
συνδέσμιω, DV O sunt VNVM. pa. 32.
vers. 12. Et, p. 39. uer. 3. à fine.

Sic quatuor sunt duo συνδέ-
σμιω, id est, non ἀπλῶς, sed κατὰ
ὑπόθεσιν.

1.	} Et Christi	3.
1. Panis.		Corpus.
2.	}	4.
2. Vinū.		Sanguis.

Excluditur etiam hic omnis MUL-
 TIPLICATIO, πολλὰ πλοσίοτης, ἢ
 πλῆθωσις. Etsi enim Christus in sua
 cœna, vbiq; terrarum illa celebratur,
 Totus præsens adest: totus, inquam, De-
 us, & Homo: tamen non inde sequitur,
 diuinam eius naturam multiplicari. Nec
 igitur eius multiplicatur, quantumuis ra-
 tioni cœcutienti videatur, humana illius
 natura, quæ à Λόγῳ est, ἰσοσελικῆ ἐνώ-
 σι, in Deum assumpta. Itaque vbiq;
 Sancta Trinitas est, ibi Christus Deus, et
 homo est. qui Christus homo, neq; ex ado-
 randa, & indiuisibili Triade est exclu-
 dendus: neq; à Verbo vspiam separandus.
 Id quod fit à Sacramentarijs: qui cum a-
 lia Christo adimunt: tum corpori etiam
 eius auferunt eam excellentiam, & præ-
 roga-

rogatiuam, quam habet à Verbo: præcor-
poribus nostris: ingentem videlicet sub-
limitatem, subtilitatem, & proprietatem,
aut communionem illam: quòd DI-
UNITATI sit ἀμερίσως, seu indiui-
duè coniunctum. Ea enim CONIUN-
ctio tanta est: vt nulla vnquam, aut vs-
quam à diuinitate, seu λόγῳ, distractio-
ne separetur. Ideoq; vbicunq; est Filius
Dei: ibi est, & Deus, & homo simul: &
Vbicunq; est Deus, & homo simul: ibi cer-
tè non sunt naturæ locorum interualli,
& spacijs, diuidendæ. Ibi enim vtriq; est
suis locus: nisi quòd vtriusque proprie-
tates simul sunt cōsiderandæ. Neq; enim,
vt hostes, vbicunq; præsentis Christi Dei,
& hominis, mentiuntur: admittimus
vel Nestorianam distractionem, vel Eua-
tychianam confusionem, in Christo, na-
turarum.

Mendacia
Sacramen-
tariorum.

II. ORATIO, altera species
Discretæ Quantitatis.

Caput

Caput XXVI.

ORationem in Quantitatis attri-
 buto considerant Dialectici: non
 quâ vel pronunciatum voce, aut quâ est
 rei, vel sententiæ dicendæ, & explicandæ
 (cum enim reperitur inter qualitates,
 aliis relatis: sed quâ multitudinem e-
 us partium, aut quantitatem, atq; men-
 suram spectamus. Itaq; ne eis λεπτότητα,
 ἀπειρολογία, μόρια videamur τέμνειν τὸ
 πρῶτον τῆς ἑλεειπνοῦ κνερμακοῦ διατά-
 ξης: præcipua duntaxat, in hoc genere,
 mēbra ponderemus. Sed, vt in cōtinuata
 qualitate solet quæri, quanta sit res, vel
 quandiu ea duret: sic, hoc in loco, investi-
 gatur: quot sint res, aut quotuplex sit id,
 de quo differitur. Itaq; vt illic partium οὐκ
 ἔστιν ἡμεῖς hęc διορισμὸν spectamus. Cū au-
 tē narratio instituta à Christo cœna sit o-
 ratio: perspicuū est: eam in suas partes di-
 uidi. Quot igitur sunt, dicat quispiā, hu-
 ius narrationis partes præcipuæ? Non
 enim

ἐρωτήματα,
 ἢ ζητούμενα
 πρὸς τὸ ποσὸν
 εἶναι.

enim hic literas, syllabas, verba singula,
 aut etiam incisa, quærimus. Respondet
 duas esse principales. Earum una, est
 περὶ τῶν δειπνητῶν πραγμάτων, ἢ περὶ
 τῆς δείπνου ἑστίας, de rebus cœnandis,
 seu de substantia cœnæ: altera est περὶ τῆς
 χρήσεως, de effectu, & fructu rerum cœ-
 natarum, corporeoq; ore sumptarum.
 Vel (vt Veteres loquuntur) pars una
 ostendit naturam huius integri Sacra-
 menti: altera rem Sacramenti: quæ est
 remissio peccatorum, quam fide sola con-
 sequimur, nobisq; per eam applicamus:
 cuius confirmandæ causa, preciosum il-
 lud pignus corporis, & sanguinis Christi,
 nobis in hoc conuiuio præbetur, & sumi-
 tur manducando, & bibendo.

Ad substantiam, vel materiam
 cœnæ, vel ad res cœnandas, aut su-
 mendas, vt est integrum Sacra-
 mentum, pertinent.

Vescantibus illis, accepit IESVS PA-
 NEM, & gratijs actis, fregit, deditq;
 Disci-

Discipulis, & dixit: Accipite, manducate. Hoc est CORPVS meum.

Item,

PANIS, quem frangimus, nonne communicatio, seu participatio corporis Christi est?

Et,

Similiter & poculum accepit, & gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex eo omnes. Et biberunt ex eo omnes. Et dixit illis. Hoc enim est sanguis meus, qui est novi testamenti. vel, Hoc poculum est novum testamentum in meo sanguine.

Item,

Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne comunicatio est sanguinis Christi?

Ad fructum, seu præmia dignè participantium, pertinent ea, quæ sequuntur.

Quod (corpus) pro VOBIS traditur.

Hoc facite in mei commemorationem.

Quotiescunq; enim comederitis panem hunc: mortem Domini annunciate, donec venerit.

N Id

Id quod fit sola fide, ac spirituali manducatione. Superior autem corporalis sumptio integri sacramenti, fit ab omnibus vescentibus, dignis, & indignis, bonis, & malis, credentibus, & infidelibus, veris Christianis, & ab hypocritis.

Item illa,

Qui (sanguis) pro VOBIS, & pro multis effunditur, in REMISSIONEM peccatorum.

Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in mei Recordationem. Quotiescunq; enim de hoc poculo biberitis: mortem Domini annunciate, donec venerit.

Et,

Probet autem homo seipsum: & sic de illo pane edat, & de poculo illo bibat.

Item,

Qui dijudicat corpus Domini.

Et,

Qui seipsum dijudicat.

Item illud & ὁμοῦς, καὶ ἐν
 ἁποστόλοις.

Itaq, fratres mei, cum conuenitis ad comedendum: alius alium expectet.

Item,

In melius cōuenitis, eis τὸ κρεῖττον σωέσθε.

Et,

Qui probati δόκιμοι sunt: φανεροί, manifesti fiunt, inter vos.

Ad Fructum, & præmia τῶν ἀγαθῶν ἐσθίωντων, καὶ πινόντων, ista referuntur.

Quisquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini.

Reus corporis, & sanguinis Dñi.

Nam qui edit, & bibit indignè: iudicium sibi ipsi edit, & bibit: non dijudicans corpus Domini.

Iudiciū sibi edit, & bibit.

Propter hoc inter vos multi sunt imbecilles, & inualidi, & dormiunt multi.

Morbi epidemici.

Etenim, si nos ipsos dijudicassetemus: haudquaquam iudicati fuissetemus. At cum

Mors corporalis.

iudicamur: à Domino corripimur: ne cum hoc mundo condemnemur.

Indigni iudicatur, & corripitur à Domino.

N 2

Quod

Condemna
tio.

Quod si quis esurit: domi edat: ne ad con-
demnationem conueniatis.

Item,

Non laudo: quòd in deterius conuenitis.
Cum enim conuenitis in Ecclesia: audio
dissidia esse inter vos. Oportet enim &
sectas in vobis esse.

Et,

Cum conuenitis in eundem locum: non li-
cet Dominicam cœnam edere. quòd v-
nusquisq; propriam cœnam occupet, in
edendo. Et hic quidem esurit: ille verò
ebrius est. Num sanè domos non habe-
tis, ad edendum, & bibendum? An Ec-
clesiam Dei contemnitis: & pudefacitis
eos, qui nō habent? Quid vobis dicam?
laudabo vos? in hoc non laudo.

Alius effectus cœne.

Quia vnus panis: vnum corpus multi su-
mus. Nam omnes ex eodem pane par-
ticipamus.

Calvinus in libello quodam de cœna
Domini, ex Gallico sermone in Latinū
con-

conuerso à N. Lasio, eodem modo, narrationem institutionis, distinguit. Verba eius subiiciam.

Concludendum igitur: duo nobis in cœna offerri: Christum scilicet, vt fontem, originem, ac materiam bonorum omnium: deinde fructum, & efficaciam mortis, & passionis ipsius. Quod etiam verba, quæ in cœna proferuntur, satis ostendunt. Cùm enim iubet nos corpus suum manducare, & sanguinem bibere: addit, corpus suum pro nobis traditum fuisse: & sanguinem in remissionem peccatorum nostrorum effusum esse. In quo primum demonstrat, nobis non simpliciter corpus, & sanguinem ipsius, sine vlla alia consideratione, communicari: sed etiam fructum: qui ex morte, et passione ipsius ad nos redit, percipi oportere. Porro ad tantorum bonorum fruitionem, peruenire quàm possumus: nisi participes simus corporis, & sanguinis ipsius: vnde nobis exhibita, & producta sunt? Hæc ille.

Caluini locus.

Alius numerus partium narra-
tionis cœnæ institutę.

Caput XXVII.

ἡ τὸ Λείπνου
κυριακὸς ἔσ-
δοκλασία.

Vtręq; spe-
cies cœnæ.

ORationis huius partes præterea
numerantur ἑσσιώδεις, et ὀλοκλη-
ροί, substantiales, & integrales duę: quę
suum totum constituunt: & quarum si al-
tera absit: cœnæ natura quoq; fuerit sub-
lata, necesse est: quemadmodum homo in-
teger non est: si corpus anima non est præ-
ditum: & contrā, si anima separata est à
corpore. Vulgus nominat vtręq; spe-
ciem. Prima enim pars historiam conti-
net manducationis, cum pane, corporis
Christi: altera potus vini, cum sanguine
Christi. Ex quibus duobus mēbris Sacra-
menti cœnandarū rerum constat integri-
tas. Natura igitur, & ὀλοκληρία cœnæ
Domini consistit in χωρῶν, hoc est, di-
stributione, & sumptione partis, vel spe-
cies vtriusq; corporis Christi, cum pane,
& sanguinis Christi, in poculo. Ex qui-
bus

bus perspicuum est: neq; Papistas cœnam
 Dominicam celebrare: sed Missam dun-
 taxat peragere: neq; Sacramentarios Di-
 pnosophistas hoc cœleste agitare conui-
 uium: sed panis, & vini tantum conce-
 nationem, in suis congressibus, frequen-
 tare. Nam ut isti, calice, seu altera
 specie Sacramenti à Domino instituta,
 omnibusq; mandata, Ecclesiam spoli-
 ant: ita hi res cum symbolis cœnandas,
 corpus, & sanguinem Christi pernegant,
 & ex cœna, quæ in terris peragitur, au-
 ferunt: putamina relinquentes in suis cœ-
 messationibus: sublato nucleo: propter
 quem illa iubentur à Christo sumi. Zwin-
 gliani enim, & Calvinistæ, omnesq; ad v-
 num Sacramentarij, priuant cœnantium
 ora, & corpora, hac cœlesti Ambrosia, cor-
 pore scilicet Christi: & Nectare illo im-
 mortalitatis, sanguine nimirum Christi:
 eaq; relegant in remotissimum quoddam
 à terris, si ipsis credimus, cœlum.

Propter ve-
 num quod-
 que tale: il-
 lud magis
 est tale.

Minorum partium numerus.

Personæ. *Hactenus partes maiores numeravimus: sequuntur minores: quæ circumstantijs, & generibus sententiarum distinguuntur. In hac igitur narratione, primum personarum genera sunt duo. Vt in cœna prima, persona Christi: & Discipulorum duodecim. In secunda, sunt Paulus Apostolus (qui à Domino accepit, quod Corinthijs tradidit) ipsiq; Corinthij. Ac inter discipulos, & Corinthios, duo fuerunt cœnantium, ut in alijs frequentioribus cœnis, genera reperiuntur. Alij enim ἀξίως edunt, & bibunt: ut οἱ δοκίμοι: alij ἀναξίως, ut οἱ ἀδόκιμοι, καὶ ἀμετανοήτοι.*

Res, ac materia cœnæ.

Duo sunt præterea rerum hic genera: vnum terrenum: ut panis, & vinum. quæ ut ipse Calvinus fatetur, ὁμοίωτα sunt distributionis. Sic enim scribit: Nunc si quærat, an nihilominus panis sit corpus

pus Christi: & vinum sanguis ipsius: respondebimus: panem, & vinum esse signa visibilia: quæ corpus, & sanguinem Christi repræsentant. Corporis verò, & sanguinis nomē eis attributum est: quod sunt veluti INSTRUMENTA, quibus Dominus Iesus Christus nobis ea distribuit. Alterum est cœleste: vt corpus, & sanguis Christi. Panis enim, & fructus vini, non sunt signa nuda, & simplicia: sed substantiæ corporis, & sanguinis in vsu, seu manducatione, & potu artissimè coniuncta. Itaq; Calvinus, Meritò igitur inquit, panis appellatur corpus: cum id non modo repræsentet: verum etiam nobis OFFERAT. Sed eodem in libro non semel hæc flexiloqua sua verba explicat. Nam qualis sit ista vnio, & copulatio: επαμφοτεσ γίγνεται, seu quibus refellit, non Cothurnica Augustanæ confessionis sententiam: sed verba Caluini. Augustanæ confessionis sententiam: sed eorum, qui localem, & circumscriptam præsentiam Christi, in symbolis imaginantur: & tamen suam hæresin non diutius

dissimulat. Sic igitur inquit: Talem ergo
 presentiam loco circumscriptam statuere:
 qua corpus Christi signo includatur: aut
 localiter, quod aiunt, coniungatur: non
 tantum delirium est: sed etiam execran-
 dus error, gloriae Christi detrahens: &
 quicquid de natura ipsius humana cre-
 dendum est, euertens. Scriptura, enim vi-
 biq; docet, Christum, vt in terris humani-
 tatem nostram accepit: ita ereptam ex
 hac mortali conditione, in caelum, natura
 tamen non immutata, extulisse. Sic itaq;
 duo nobis consideranda sunt: cum de Chri-
 sti humanitate verba facimus. Primum
 ne veritati naturae ipsius detrahamus:
 deinde, ne derogemus gloriose eius con-
 ditioni. Quod vt ritè obseruemus: ERI-
 GENDAE sunt in COELVM MEN-
 TES: vt IBI redemptorem nostrum, quae-
 ramus. Nam si velimus eum SVB ELE-
 MENTA mundi corruptibilia abijcere,
 eum ea destruemus, quae de humana eius
 natura scripturae testantur: tum etiam
 glo-

A vā Baeris
 Dupavobaziz
 mii Caluina
 ria.

gloriosam ipsius ascensionem in nihilum redigemus. Hæc ille pseudopropheta. Ex quibus omnes intelligunt: quam unionem statuat panis, qui est in cæna: & corporis Christi, quod est in cælo supremo (in quod ascendit) non sub elementis mundi. Sed impia ista ineptia: quibus res ab ipsomet Christo copulata, distrahuntur immensa locorum distantia, atq; interuallis, sæpe refutata sunt, à nostris Theologis.

Cur igitur Christus usus est his elementis: quæ iã non mundi, sed Christi sũt?

Facta Christi, τὰ
πρῶτα.

Horum etiam multa sunt. Primum enim panem accepit: deinde eum fregit: tum dedit eum suis Discipulis. Eodem modo, poculum primum accepit: deinde idem discipulis dedit. Ergo in prima parte, sunt istæ actiones: ἡ τῆς ἄρτου λήψις, ἡ κλάσις, καὶ ἡ δόσις. In altera sunt duæ: ἡ τοῦ ποτηρίου λήψις, καὶ δόσις. Iam Discipulorum quoq; consideretur actiones ἀντιστρέφουσαι. Hi enim non modò panem acce-

acceperunt: sed eundem quoque comederunt.
 Iuxta illud: καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε.
 Calicem deinde acceperunt omnes: & ex
 eo biberunt omnes. Iuxta illud: ἐδώκεν
 αὐτοῖς, καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες. Eorun-
 dem etiam Actio est: τοῦ ποιεῖν, scilicet
 quod Christus instituit, & mandavit: sed
 eis τὴν αὐτὴν ἀνάμνησιν. Quoties enim co-
 mederint panem hunc, & ex poculo hoc
 biberint: toties mortem Domini annun-
 ciare debebunt, usque ad eius reditum vi-
 sibilem.

Dicta Christi, τὰ

λεχθέντα.

Porrò non solum quid actum à Chri-
 sto, & Apostolis eius sit, considerari de-
 bet: sed etiam quid sit dictum. Ac in pri-
 mis orationem, seu verbum, τὸ ῥητὸν, καὶ
 τὸν λόγον Christi, intueri debemus. Ca-
 terùm hæc oratio multiplex est. Nam sen-
 tentias, quæ dicuntur ἐννοιαί, cōcinet pri-
 μῶν ὀχλαρικῶν: deinde πρῶτων ὀχλαρικῶν,
 deinde δευτέρων ὀχλαρικῶν, ἢ ὀχλαρικῶν: deinde
 διοετι-

διοριστικὰς: postremò iterum περὶ σακλι-
κας.

1. Εννοιαὶ Ἐχαριστικαὶ: sentètia,
quibus egit gratias Deo Patri suo
cælesti Christus.

Hæ duobus indicantur verbis, signi-
ficantibus gratiarum actionem, lauda-
tionem, celebrationemq; Dei: καὶ ἐυλο-
γήσας, inquit Matthæus, & Marcus: vel
ὡς Lucas, & Paulus interpretantur: Ἐ-
χαριστήσας. Quo participio Matthæus,
& Marcus in secunda parte Sacramen-
ti etiam utuntur.

2. Εννοιαὶ περὶ σακλικαὶ: quibus
Christus mandavit, & imperavit
suis discipulis quippiam.

καὶ εἶπε: λάβετε, Φάγετε. & ait: Acci-
pite, comedite. Matth. & Marc. &
Paul. Lucas habet, λέγων, dicens. Νᾶ
ἐπιόλιω illam, σωλομίας ἕνεκα, breui-
tatis causa, prætermisit. Nam quia ἔ-
δωκεν αὐτοῖς: profectò, & acceperunt,
αὐτὰς manducarunt.

In

In altera specie.

λέγων, Πίετε ἐξ αὐτοῦ (ἃ ποτηρίου) πάντες. Dicens, Bibite ex hoc omnes.

Rursus θεολογικῶς inquit:

Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.
Hoc facite in mei recordationem. Lu-
cas, & Paul. Et,

Quotiescunque enim comederitis panem
hunc: toties mortem Domini κηρύσσετε
τε, annunciate, donec venerit. Paulus.

Et, in altera parte,

Hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei
commemorationem. Quotiescunque e-
nim de poculo hoc biberitis: mortem
Domini annūciate: donec venerit.

3. Εννοιαὶ διὰ Φωνῆς, καὶ ὁμοί-
ου: quibus asseuerando, clare
pronunciando, veluti definit res
propositas, exhibitas, & sumptas
in cena.

HOCEST CORPUS MEVM: τοῦτό ἐστι
τὸ σῶμά μου. Matth. Marc. & Luc.
Vel,

Vel, ut Paulus habet: τοῦτό μὲ ἐστὶ τὸ
σῶμα. Hoc meum est corpus.

In altera parte.

Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ αἷμά μου. Hoc enim est
sanguis meus. Matth.

Est enim sententia ista non promissionis, sed exhibitionis. Utitur autem, post incisim, & membratim factam orationem, periodo, κατὰ σῶμα, per continuationem sententiarum, propositionis, & confirmationis. Est enim ἡ πρότασις. Bibite ex hoc omnes. ἡ κατάσκη, ἡ ἀπόδειξις ἀντιδιαστολῆς ἕνεκα: ratio, seu demonstratio, facta discriminationis causa: ne putarent, eundem esse potum: quæ antea distributo poculo, ipsis dederat. Hoc, inquit Dominus, quod dedi vobis, & ex quo iussi vos bibere: quod & fecistis, EST, quid? Sanguis meus. Atq; hæc continuatio refellit fanaticorum quorundam hominum delirium: qui verba illa vel separant: tanquam non eodem pertinentia: sicut stolidè fecit Carlostadius: vel eadem

eadem traiciunt, immutato ordine, atq;
 structura: quod fecerunt alij quidā phre-
 netici. Sed de his Enthusiasticis dicemus,
 Christo iuuante, in Antilogicis nostris.

Marcus videtur ἁπλοῦς ἀπὸ λαμπρῶν,
 splēdido quodam tanq̄ interuallo: propter
 asseuerationē, ἀπόφασιν δὲ κλικῶν, illu-
 stre. Omissa enim αἰτιολογικῇ particu-
 la, τῷ τό, inquit, ἐστὶ τὸ αἷμά μου.

Lucas, & Paulus sic loquuntur, ἐστὶ
 ἕβραϊκῶ: Hoc poculum nouum testa-
 mentum est, in meo sanguine.

4. Ἐννοιαὶ διοριστικαί, ἢ ἐπεξηγη-
 τικαί: quib. res definita, alijs quasi
 determinationib. explicatur, de-
 scribitur, & illustratur.

Quod (corpus meum) pro vobis traditur:
 τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον. Luc. Pau-
 lus inquit, quod pro vobis frangitur.

In secunda specie.

Qui (sanguis meus) est noui testamenti:
 τὸ τῆς καινῆς Διαθήκης. Et rursus,
 alter διορισμός. Qui (sanguis meus)
 noui

novi testamenti, pro multis effunditur.

Vel, autore Luca: quod (poculum) pro vobis effunditur. Et tertia huic adijcitur ἐπεξήγησις, à Matthæo: In remissionem peccatorum.

Ad ἁποστολικὰς sententias pertinent illæ ἐρωτήσεις, interrogationes ἀναλύσθησιν, ut Hermogenes Rhetor eas nominat: quibus contradici non potest.

Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?

Panis, quem frangimus, nonne communicatio, seu participatio est corporis Christi?

Reliqua apud Paulum sententiarum genera, in Eucharistico negotio, prætermittimus consultò: ne quis illud obganniat: εἰς λεπτὸν τέμνειν. Ego verò non tam εἰς λεπτὸν, hac Dialectica ἀναλύσθαι studeo, ἢ λόγον τῆς χειρὸς τέμνειν: quàm ὀρθοτομεῖν λόγον ἑ θεοῦ. Sed eruditus homini-

O bus,

bus, & synceris Theologis iudicium omne de meis hisce scholasticis laboribus, permitto.

Tempus, & Locus.

Numerant inter narrationis partes, reliquas quoq; *ᾠρισάσεις*, seu rerum attributiones: vt sunt, Tempus, Locus, & similia. Sed de his in categorijs VBI, & QUANDO. De cæteris, vt de causis, instrumentis, & modo, in Topicis dicemus.

Caput XXVIII.

DE VSV PRÆDICAMENTI Quantitatis *διαιρέσιω*.


Hic vsus proprius est *ἔ πο Κοήσιος*. Quantitatis .n. consideratione partitione existere potest. Itaq; ab eo attributo, res proposita, quod diuiditur, omnino habet. Huc igitur cæne diuisionem, partitionem, & distributionem possumus referre.

DIVISIO GENERIS IN DIFFERENTIAS, & harum in suas formas.


<p>Priuate (τὸ ἴδιον δεῖπνον) quam quis edit, aut</p>	<p>Domus, ἐν οἴκῳ.</p> <p>In cœtu publico Ecclesiæ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. quod est ἀπερὲς, indecorū. Ideoq; in Corinthijs vituperatur.</p>
<p>Omnis cœna est vel</p>	<p>Civilis (πολιτικὸν) ut publicum aliquod epulum.</p> <p>Ecclesiastica. ut, κυριακὸν δεῖπνον cœna Dominica.</p>
<p>Publica (δημόσιον) eaq; vel</p>	<p>O 2 DI-</p>

Diuisio huius speciei, de
qua differitur.

Hæc distributio potius dicitur: propterea quòd fit rebus fortuitis.



Talis quoq; hic institui potest distribu-
tio, & partitio.



A

B

Adιάφοροι,
indifferētes.
Vt sunt:

Locus.

Tempus.

Materia poculi, ac
panis.Forma panis, pocu-
culi, & color vini.

Necessariæ
ac ἄσπιώδεις.
Vt sunt:

Dare panem, et ca-
licem cōmunican-
tibus.Pronunciare verba
ὁριστικά, & πρῶ-
τακτικά.Accipere, edere, &
bibere.

Actiones

Liberæ. Vt panem, ac calicem ex
manu ministri sumere in manus:
sedere, ad mensam accedere, sta-
re, vel γονυκλινεῖν, &c.

Ad necessarias actiones etiam pertinet ἀνάμνησις τῆς κυρίου, recordatio Domini, vel mortis eius καὶ ἑλεῖα, annuntiatio: quæ sit publica, & clara. quanquam enim non est necessaria ad cœnæ constitutendam naturam: est tamen debita: propter mandatum. Hoc facite in mei commemorationem. Quotiescūq; enim de hoc pane comederitis: & ex poculo illo biberitis: toties mortem Domini annunciate, seu Euangelium de Christo incarnato, passo, mortuo, sepulco, resuscitato, assumpto in cœlos, & exaltato, regnante, atque sedente ad dexteram Patris sui omnipotentis prædicare. Indifferens etiam, & non necessaria quidem, sed tamen laudabilis, ac pia est actio: ὑμνεῖν, canere hymnos: quibus laudetur, & inuocetur nomen Domini. Id quod à cœna fecerunt Christus, & Apostoli, antequam urbem egrederentur. Iuxta illud: καὶ ὑμνῶσάντες, & cum hymnum cecinissent: exierunt in montem Oliuarum. Matt. 26. Mar. 14.

Multò igitur magis nos, hoc exemplo
 Filij Dei (iam mortis adituri pro nobis
 acerbissimum supplicium) & eius disci-
 pulorum, conueniebat imitari. Vt autem
 Papistæ sunt $\kappa\omega\phi\alpha\ \pi\rho\acute{o}\zeta\omega\pi\alpha$: non enim
 annunciant mortem Domini: sed missas
 suas tacito murmure tantum musitant:
 & sine mente sonum, boatumq; edunt: sic
 multi Cingliani, $\acute{\alpha}\mu\upsilon\sigma\sigma\iota$ in suis congre-
 gationibus esse malunt: quàm illis Chri-
 sti, & Apostolorum eius insistere vesti-
 gijs.

Quidam
 Cingliani
 in suis tem-
 plis $\acute{\alpha}\mu\upsilon\sigma\sigma\iota$.

ALIE DIVISIONES, & distributiones.

Caput XXIX.

Copiosus igitur hic locus est. Quic-
 quid enim vel magnum, vel multi-
 plex, ac numerosum est: id pertinet ad
 Quantitatis receptaculam. Verba certè
 institutionis Cœnæ Dominicæ, multas
 præter illas superiores, nobis submini-
 strant diuisiones, partitiones, ac distribu-

tiones. Exempli gratia: cum inquit Christus: *Φάγετε, comedite: πίετε, bibite:* loquitur de rebus duabus inter se unitis: & iam sint, sua quidem natura distincta: & runtamen ita, ut, propter *ἑνωσιν* illam, quam sæpè diximus *μυστικὴν* appellari, sint unum, compositum, inquam, ex duabus diuersissimis rebus: quarum altera alteri præsens est, in manducatione, & potu. Cum igitur præsentia sit, rei alteri rei præsentia, seu unio: panis autem, & vinum visibiliter, sensibiliter, localiter, & circumscriptiuè sint præsentia, atq; coniuncta: Corpus itidem, & sanguis Christi, seu totus Christus, adsit quidem præsens, seu unitus signis, panis, & vino: sed inuisibiliter, insensibiliter, nec circumscriptiuè, aut localiter: conficitur inde, *ἡ παρουσία*, siue præsentia non esse uniusmodi. Præterea cum duo hæc rerum genera non solum adsint: sed etiam, & quidem præcipuè, propter cœnantes adsint præsentia (neq; enim corpus, & sanguis Christi

Christi, propter elementa, adsunt) panis autem, & vinum naturali modo comedantur, & bibantur: corpus etiam, & sanguis sumantur ore corporis una cum symbolis: sequitur, non unam esse rationem Manducandi, atq; bibendi. Deinceps igitur quottuplex presentia Christi hominis sit: & quottuplex manducatio, & potus, in cœnæ communionem, studiosi probe, ac diligenter obseruent. Etenim clarè pronunciat Christus de pane, quòd SIT corpus suum, & de potu, quòd sit sanguis suus. Vtrunq; igitur præsens est: sed alia, atq; alia ratione, ac modo. Idem iubet panem edere, quòd sit corpus suum: & vinum potare, quòd sit sanguis suus. Sed quia aliter ore sumitur panis, & vinum: aliter corpus, & sanguis Christi editur, & bibitur: alia inde existit manducationis, & potus diuersitas, distinctaq; genera. Nam os, & lingua non sentiunt gustandi vi carnem, & sanguinem Christi: tamen si ea ipsa cum pane, & in vino verè, certò, & sub-

Substantialiter participant: symbola ve-
 rò, atq; elemēta ut visus, ita gustatus sen-
 tiunt naturali modo. Atq; hæc varietas
 oritur ex natura ipsarū rerum, quæ man-
 ducantur, & bibuntur. Panis enim, &
 vinum videntur, tanguntur, gustantur:
 & quia corruptibilia sunt: naturali motu
 in ventriculum demittuntur, concoquun-
 tur, & mutantur in chylum. At corpus
 Christi esca spiritalis est, atque cælestis:
 sanguis Christi potus est eiusdem natu-
 ræ. quæ etsi percipiuntur ore, iuxta illud:
 Edite, hoc est corpus meū, Bibite, hoc est
 sanguis meus: tamen ut non videntur: sic
 neq; tanguntur, & gustantur sensibiliter.
 Fide autem statuimus, propter expref-
 sum illud verbum, reuera Sacramentali-
 bus signis, in usu, vel sumptione externa,
 & corporali ea adesse præsentia, atq; con-
 iuncta. Sed quia res signata, & exhibi-
 ta non sunt corruptibiles, & caduca: &
 quia non adsunt physica præsentia: non
 mouentur sic: ut in stomachum transi-
 antur:

entur: minus ut ibi absumantur, concoquantur, corrumpantur, transmutentur: sed in credentibus manent: in quibus, ut in templo suo Christus vivit, habitat: & ita vivit: ut ei incorporentur: & eius vna efficiantur membra: ossa de ossibus illius: caro de carne illius.

De corporis Christi præsentiæ diversis generibus, & gradibus.

φυσικὸς, περιγραπτός, ἡ τοπικὸς: naturalis, circumscriptus, & localis: qui & σωματικὸς, corporalis dicitur. quo corpus Christi natura finitum, simul, & eodem tempore, unum locum tantum occupavit.

Duo sunt omnino modi præsentiæ corporis Christi: alter

ὑπερφυσικὸς, ἀπεγραπτός, ἐπουρανίος, καὶ πνευματικὸς: supernaturalis, non circumscriptus, nec localis: sed cælestis, & spiritalis. Isq; rursus duplex est. Consideratur enim ratione

Glorificationis, & à Paulo propterea nominatur σῶμα ἁγίον, corpus gloriae.

Assumptionis eius in Deum: qua verbum caro factum est: non mutatione illius in hanc: sed utriusq; inseparabili, & sempiterna coniunctione, quam unionem personalem ἕνωσιν ὑποστατικὴν καὶ appellant.

Primus Modus.

Rationem hanc praesentiae D. Lutherus nominat die begreiffliche / leitliche weisz: qua Christus, iuxta corporis sui magnitudinem, occupavit spacia locorum, & circumscriptus fuit loco: Da er raum nam / vnd gabe / nach seiner größe. Atq; hoc modo physico, communi, & visibili, hic in terris tempore suae exinanitionis versatus est. Eoq; potest vti, quando vult, Dominus. Id quod non

Isto modo corpus Christi semper fuit loco circumscriptum, vsque ad resurrectionem. solum fecit à sua resurrectione, & ascensu in caelos: cum Stephano, & Paulo appareret: sed idem praestabit quoq; in extremo die, iudex viuorum, & mortuorum. Iuxta illud Pauli, 1. Tim. 6. Quam (ap- paritionem, φανερωσιν) temporibus suis ostensurus est ille beatus. Et Coloss. 3. Cum Christus apparuerit, vita nostra.

Atq; hac ratione, Christus non est in Deo, vel apud Patrem: ac ne quidem in caelo: vt fanatici homines somniant. Neq; enim Deus, neq; caelum est spacium, aut locus

locus aliquis corporalis. Sic Christus deseruit mundum: & non est in terris. Iuxta illud: Me non semper habebitis: videlicet $\delta\epsilon\alpha\tau\omega\varsigma, \chi\epsilon\iota\gamma\acute{\alpha}\mu\omega\varsigma$.

Alter modus.

Is est glorificationis (Luthero, die unbegreiflich / geystlich weiß) quo Christus nec occupat locorum spatia: nec loco circumscribitur: sed omnes res conditas veluti pertransit: mit welcher er durch alle creatur feret / wo er will.

Corpus Christi, in gloria.

Nam per resurrectionem omnes

infirmitates deposuit Christus:

eiusq; corp^o p^o gloriosū est effectū.

Illustrat hanc rationem similibus. Sic visus in momento quasi percurret aërem, lucem, & aquā, illisq; præsens est: nec tamen occupat locum, nec à loco circumscribitur.

Eodem modo vox, & sonus percurret aërem, aquam, parietem, murum, & cætera: Lux item, vel splendor, calor etiam quasi percurreunt aërem, aquam, vitrum, cristallum, & id genus alia. Omnia tamen hæc, etsi præsentia illis sunt: tamē nec spatia locorum occupant: nec locis circumscribuntur, atq; definiuntur.

Ratione hac usus est Christus, cum è sepulchro, quod lapide incumbente, & ob signato munitum erat, egressus est: ite-
bis ad suos discipulos, clausis foribus, in-
trauit: & ut piè credidit semper ortho-
doxa, catholicaq; Ecclesia, ex virgine
Maria, natus est.

Eodem, Luthero teste, hoc præsentia
modo, est in pane, & vino cæna Domi-
nicæ.

Tertius Modus.

Hac ra-
tione, ho-
minem as-
sumptum:
ad dexterã
virtutis, et
maiestatis
Dei patris
omnipoten-
tis colloca-
uit, vel ad
infinitam
virtutis
Dei partici-
pationem.

Is prorsus est diuinus, atq; celestis,
Θεῖος, καὶ ἐπουράνιος (ein Göttlicher
vnd himlische weise) quo Christus ho-
mo est cum Deo, seu λόγῳ vna Personã
eãq; præsentia τὸ ὄνομα ἐν αὐτῷ nomi-
natur. Vbiq; enim Mariæ Filius præsen-
tissimus adest Verbo TOTI, non enim
particulæ alicui: & adest non per assisten-
tiam, sed Personaliter, seu inseparabili-
ac sempiterna, atq; ἁπλοῦς & copulatione.
quæ cæpit, cum Christus in utero ma-
tris suæ diuæ virginis, conceptus esset.

Neg

Neq̄ verò dubium est: quin ratione hac multò magis, quàm illa superiore, res omnes creatas quasi peneoret: præsentēsq̄ sibi habeat. Nam cum altero illo præsentia suæ modo, in creaturis, & cum eis, ita esse queat: vt ipsum neq̄ sentiant, neque attingant: neq̄ metiantur, aut comprehendant: multò certè magis tertia ista ratio, in singulis rebus conditis præsens est: vt eum nec metiantur, nec comprehendant. quin potius omnes res coràm præsentēs habeat in cōspectu suo: easq̄ ipse metitur, atq̄ comprehendit. Hæc enim Christi essentia, qua est cum Deo vna persona, longissimè extra, supra, & ultra omnes creaturas collocari debet: adeoq̄ tã longè: quàm Deus ipse extra eos est. Contra, tam altè, & propè in omnibus creaturis, collocanda est: quàm Deus ipse in eis est. propterea quòd est vna, & indissolubilis persona. Itaq̄ vbi Deus est, ὁ λόγος: ibi etiam Christus homo est. Hactenus Lutherus.

DE GENERIBVS

manducationis, & potus.

Caput XXX.

φυσικῆ, naturalis. Quæ est rerum vi-
sibilem, & sensibilem, vt panis, & vini,
intra hominis corporis sumptio. Cibus e-
nim, & potus, qui ad corporis famem, &
sitim pellendam, atq; sedandam ore assu-
mitur: dentibus atteritur, masticatur, in
ventriculum, per gulã, traicitur, in eõ
concoquitur, in chylum cõuertitur, post
in epate, transmutatur in nutrimentum:
superflua pars egeritur. Ergo hæc sum-
ptio non est corporis, & sanguinis Chri-
sti: quæ non absumentur, sunt enim ἀ-
φθάρτα, & ἀπεπλά: sed est elementorum,
panis, & vini: quæ non conuertuntur in
τὸ σῶμα, in corpus, & sanguinem Chri-
sti: sed retinent suam naturam: id quod
sensus, & experientia conuincunt. Dige-
runtur enim, coquuntur, & absumentur.
Ac Christus panem, & fructum vitis
sumit

Triples est
in cæna Do-
mini βρο-
σῆς, ἢ πο-
σῆς, mandu-
catio, &
potus:

sumpsit: & Paulus post institutionis recitationē, aliquoties inquit, panē hunc edi, de poculo illo bibi.

Mυσικη. Sacramentalis, qua & σωματικη, corporalis dicitur. Non enim tantum panis, & vinum ore capiuntur: sed etiam simul corpus, & sanguis Christi. Iuxta illud: comedite, hoc (quod accipitis) est meum corpus. Hoc poculum vel potus, est sanguis meus. Vtrunq; igitur, propter presentiam, & unionē amborum, in cœna, durabilem, ore corporis sumitur: sed magno discrimine. Hic enim cœlestis cibus editur, & potus sanguinis Christi ore hauritur: sed invisibiliter, non sensibiliter, cœlesti, & diuino modo: sic, vt non atteratur dentibus, nec masticatus, aut ingurgitatus, per stomachum traiciatur in ventriculum, & intestina, quemadmodum alij cibi, & potus: sed supernaturali ratione, intra nos sumitur corporaliter, seu sacramentaliter.

liter ἀθάνατος, καὶ ὁ ἀεὶ ζῶν, καὶ βασιλεὺς
 Christus, ut in credentium cordibus, ani-
 matoribus, tanquam in suo templo, vi-
 uat, & maneat seruator, & gubernator.
 Exploditur igitur Capernaïca, Scy-
 thica, & Cyclopica lamina, atq; ingur-
 gitatio carnis, & cruoris Christi. Ac mo-
 dum committimus sapientie, atq; omni-
 potētiae eius: qui in caelo, & in terra ἐξ-
 σίασεν omnem à Verbo accepit.

Πνευματικὴ, Spiritualis. Ea nihil aliud est, quàm totius Christi, omnium eius meritorum, & aliorum spiritualium beneficiorum, quae tradito suo corpore, & profuso eius sanguine, acquisiuit, applicatio, & participatio, per solam fidem: quae his verbis nritur: Quod (corpus) pro VOBIS traditur. Qui (sanguis) pro VOBIS effunditur, in remissionem peccatorum. Estq; haec manducatio, & potus propria credentium: qui dicuntur ἀξιῶς ἐοδύοντες, καὶ πίνοντες: quemadmodum illae superiores Φυσικὴ, & μυσικὴ impiji

impis, seu indignis sunt communes cum
 pijs, & veris Ecclesiæ Christi membris.
 Huius autem vsus est etiam extra cœ-
 næ communionem. nam per prædicatio-
 nem Euangelij Spiritus sanctus nobis
 donatur, & per hunc vera in Christum
 fides, per quam, alia præsentia ratione,
 in nobis habitat Christus: cui⁹ omnia me-
 rita dum nobis assensu, & fiducia appli-
 camus, nutrimum in vitam sempiternã.
 Ergo vt Christi caro nobis nõ in iudiciũ
 cedat: sed sit viuifica, & salutifera: pba-
 ti, δόκιμοι, seriam adferamus ad mēsã
 Domini pœnitẽtiam, indubitãq; fidẽ.

Ἰποδιαγορεύσεις Ἀγαθῆς.

- | | | |
|--|---|--|
| Ergo man-
dicatio, &
petus acci-
pietur tum | Propriè, pro sumptio-
ne, quæ fit ore corporeo, | 1. Panis, & vini, quæ
est φυσικῆ. |
| | | 2. Corporis, & sangui-
nis Christi, q̄ est ὑ-
περφυσικῆ. |
| Transla-
tè, p̄ fide | In cœna. propter illa verba: quod pro
vobis traditur: qui pro vobis effun-
ditur. | Extra cœnam. credendo promissioni-
bus Euangelij. |
| | | |

Ad physicam manducationem,
 & potum illa pertinent:
 Iesus accepit PANEM, eum fregit, dedit,
 que discipulis, dicēs, accipite, comedite.

Item,

Et accepto poculo, dedit illis, dicens: Bi-
 bite ex hoc omnes. Et biberunt ex eo
 omnes. Et,

Quotiescunque enim comederitis panem
 hunc: & de poculo hoc biberitis.

Item,

Panem, quem frangimus. Poculum cui
 benedicimus. Et,

Quisquis ederit panem hunc, aut biberit
 de poculo hoc.

Item,

Et sic de illo pane edat: & de poculo illo
 bibat. Et,

Cum conuenitis ad edendum.

Quod si quis esurit: domi edat.

Vnusquisq; propriam cœnam occupat, in
 edendo.

Hic quidem esurit: ille verò ebrius est.
 Nunc

Num sanè domos non habetis, ad edendū.
& bibendum?

Item,

Quoniam vnus panis: vnum corpus mul-
ti sumus. Nam omnes ex vno pane par-
ticipamus.

Ex his tamen locis, pleraq; etiam ad
sacramentalem sumptionem corporis, &
sanguinis Christi referuntur: propter v-
nionem horum cum illis. Eamq; ob cau-
sam *διὸ ἐπορεύον* addit Apostolus: panem
HVNC: de poculo ILLO.

Ad Sacramentalem manduca-
tionem, & potum illa pertinent.

Comedite. Hoc est corpus meum. Non
inquit credite: quod semper est facien-
dum: non aliquoties.

Item,

Bibite ex hoc omnes. Hoc. n. est sanguis
meus, noui testamenti. Vel, Hoc pocu-
lum est nouum testamentum, in sangui-
ne meo.

Et,

Quod (corpus) pro vobis frangitur, seu
distribuitur. Quod (poculum) pro vo-
bis effunditur.

Et,

Panis, quem frangimus, est communica-
tio, & participatio corporis Christi.
Poculum benedictionis, est communica-
tio, distributio scilicet, & sumptio san-
guinis Christi.

Item,

Ἐνοχῶ τοι
σώματι, καὶ
αἵματι τοι
Χριστοῦ, καὶ
τῆ κρίσει.

Quisquis ederit panem HUNC; aut bi-
berit de poculo DOMINI indignè, re-
us erit corporis, & sanguinis Domini,
scilicet contumelia affecti.

Et,

Qui edit, & bibit indignè: iudicium sibi
edit, & bibit (seu Christum iudicem,
intra se sumit) non dijudicans corpus
Domini. Nam & Iudas integrum
sumpsit Sacramentum, hoc est, Sacramen-
taliter corpus, & sanguinem manduca-
uit, & bibit. Iuxta illud: Dixit ad suos
disci-

pulos, edite, hoc est corpus meum. Item,
bibite ex eo OMNES. Et, Manus pro-
dentis me, est mecum in mensa.

Deniq,

Dominicam cœnam edere.

Mensæ Domini μετ' ἐξ εὐ, participare.

Poculum Domini bibere.

Quoniam OMNES ex vno pane parti-
cipamus.

Ad Spiritualem esum, & potū
carnis, & sanguinis Christi refe-
runtur sequentia.

Quod (corpus) pro VOBIS traditur.

Hoc facite in mei recordationem.

Et,

Hic est sanguis meus NOVI Testamen-
ti, seu promissionis peccatorum gratui-
tæ, propter fusum Christi sanguinem,
remissionis: quæ non nisi fide applicari
potes.

Item,

Qui pro MVLTIS, & pro VOBIS ef-
funditur, in remissionem peccatorum.

Et,

Quod (poculum) pro VOBIS effunditur.

Item,

Hoc poculum NOVVM Testamentum est, in sanguine meo.

Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem. Quotiescunq; enim comederitis panem hunc: & de poculo illo biberitis: mortem Domini annunciate, donec venerit.

Et,

δοκιμαζειν
εαυτον. Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Hoc est seipsum, & corpus Domini dijudicet. Id enim est, εαυτον διακρινειν, & διακρινειν το σωμα τῃ κυριου.

Et,

Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus.

Εξω τῃ δειπνου κυριακος, Extra cenae Dominicae usum, verba manducandi, & bibendi carnem, & sanguinem.

guinem Christi, semper accipiuntur translata, pro credere. Itaque ad Spiritualem Βρωσιν, & τρωσιν referuntur.

Iniitio capituli sexti Ioannis, narratio proponitur editi à Christo miraculi anno proximo ante vltimum Pascha: quo ingentem hominum turbam quinq; ordeaceis panibus, & duobus piscibus ita paruit, atq; saturavit: vt duodecim cophinorum panis fragmenta, quæ superfuerunt, collegerint. Historia illa continet exempla physicae manducationis. Mox autem occasione ab hoc admirabili facto, desumpta: instituit Dominus, allusione duplici, οψιδίας, de se, qui sit panis non ordeaceus, sed caelestis: cibus non interiturus, sed nutriens credentem in vitam æternam. In quo sermone apertissima, non sacramentalis, sed Spiritualis, nobis proponuntur exempla. Et quanquam nullum ibi sacramentum instituit: propterea quòd nulla signa, externa uè symbola tra-

Miraculū

in miraculo.

πέντε ἄροτοι

κρίθινοι.

οψιδίας δώο.

Stat:

Stat: tamen dulcissimas doctrinas, sententias, & commonefactiones tradit, de vera in ipsum fide: quæ carne eius manducata, & sanguine eius hausto, alat nos in vitam sempiternam. Huiusmodi est illa ἰσοδύνη, ἢ παραίνεσις.

Operemini CIBUM, non qui perit: sed qui permanet in vitam æternam: quæ Filius hominis dabit vobis. Dixerat enim: queritis me: quia edistis de panibus, & saturati estis. Sic coniungit veramq; manducationem, physicam, & pneumaticam. Continenter exponit τὸ ἐργάζεσθαι. Hoc, inquit, est ἐργον τοῦ Θεοῦ, opus Dei, quod iubeo vos ἐργάζεσθαι: ut CREDATIS in eum, quem misit ille. Postea de Manducatione Φυσικῇ ipsius Manna, quædam interponuntur: quem ἀγροῦν ἐκ τῆς ἐρήμου Capernaitæ nominat. Huic per contentionem, seu ἀντιθέσιν, opponit seipsum, verum panem cælestem: quem ipsi, nõ Moses, sed Pater suus dederit. Non Moses dedit vobis illum panem
Man-

(Maña, de cælo) sed Pater meus dat vo-
bis PANEM de cælo VERVM.

Panis enim Dei est: qui de cælo de-
scendit: & dat vitam mundo. ὁ γὰρ ἀγ-
τὸ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ὁ καταβαίνων ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν δίδως τῷ κόσμῳ.

Dixerunt autem ad eum: Domine, sem-
per da nobis panem ISTVM.

Respondit autem eis IESVS. Ego sum
panis ILLE VITAE. Qui venit ad
me: nō ESURIET: & qui CREDIT
(antea, Venit) in me, non SITIET
vquam.

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quòd
dixisset: Ego sum panis ille: qui de cæ-
lo descendi. Γοησιμὸς ἰσῶ
δαίωρ.

Facto post interuallo: redit Dominus
ad propositum, ὡς ἐπισημαίνει λαμπρῶς,
quasi ante occupationem, quæ splēdida est,
& explicat translationē. Amen amē dico
vobis, qui credit in me: habet vitam aeter-
nam. Ego sum PANIS ille vitæ. Addit
ἀντιθέσθαι, manducationem physicam, Pa-
tres

tres vestri comederunt Manna, in deser-
 to: & mortui sunt. Huic subiicit Ἰσχυρὸν
 ἡμῶν καὶ οὐρανόθεν. Hic est panis ille de caelo
 descendens: vt ex eo edat quis, & non mo-
 riatur. Ego sum PANIS viuus: qui de ca-
 lo descendi. Si quis EDERIT ex hoc pa-
 ne, viuet in aeternum. Et panis, quem e-
 go dabo, CARO mea est: quam ego dabo
 pro mundi vita. Sequitur ἡ μάχην Iudeo-
 rum, & Sacramētariorum. Contēdebant
 enim inter se, dicentes: Quomodo potest
 hic nobis CARNEM suam dare ad E-
 DENDVM? Nam & Φουριλὸν Ἰσχυρὸν
 ἔσφαρξὸς isti imaginantur: quia non in-
 telligunt esse alios quoque modos carnem
 Christi manducandi: & fieri non posse,
 obganniunt: vt Dipnosophista, τῶν δὲ
 ἑταίρων, vociferantur. Quomodo potest
 Christus in caena, quae in terris peragitur,
 suum corpus, & suum sanguinem dare cū
 pane, & vino ore corporeo sumendum?
 Istorum contradictionibus, & questioni-
 bus, respondet Dominus asseuerando. Nū-
 quo-

quoniam *ὅτι ἐγὼ*, promissione supra dixerat: panis, quem ego DABO, caro mea est: quam ego dabo pro mundi vita: idcirco non est disputandum de potentia. Quod enim VULT Christus: id etiam prestare potest. Quia de cælo descendit: & miracula prorsus diuina, qualia duocumque superiora fuerunt, edidit. Modum videm indicat, non physicum, non etiam, hoc in loco, Sacramentalem: sed spiritua-lem duntaxat. quo percipiunt, & fruuntur carne Christi, eiusque sanguine illi tantum, de quibus dicit:

Qui venit ad me: non esuriet. Et qui credit in me: non sitiet vnquam.

Omne quod dat mihi pater: ad me veniet: & eum, qui ad me venerit: non eijcio foras. Quia descendi de cælo: vt faciam non quod ego volo: sed quod vult is, qui misit me. Hæc est autem VOLUNTAS eius qui misit me, Patris: ne quid perdam ex omnibus, quæ dedit mihi: sed resuscitem illa in nouissimo die.

Hæc

Hæc est autem VOLUNTAS eius, qui
 misit me: vt omnis qui videt Filium, &
 CREDIT in eum: habeat vitam æ-
 ternam: & ego resuscitabo eum die no-
 uissimo.

Et post γογισμόν.

Nemo potest venire ad me: nisi Pater,
 qui misit me, traxerit eum: & ego susci-
 tabo eum in nouissimo die. Et scriptum
 est, in Prophetis (Esai. 14. 53. 54. &
 Hier. 1.) Et erunt docti à Deo, διδα-
 χῆς τοῦ Θεοῦ. Omnis ergo, qui audiuit à
 Patre, & didicit, venit ad me. nõ quod
 Patrem viderit quisquam: nisi is, qui
 est à Deo, hic vidit Patrem.

Illi verò non fiunt participes car-
 nis Christi, quæ dat vitam: de quib-
 us inquit:

Caro Chri-
 sti viuifica
 est tantum
 credentib⁹.
 Nam et bo-
 na quando
 que obsunt.

Sed dixi vobis: quòd etiam vidistis me,
 & non creditis. Murmurabant enim
 contra Christum Iudei: nec credebant
 eum esse Filium Dei: sed solum Mariæ.
 Iuxta illud: Nonne hic est Iesus, filius
 Ioseph.

Joseph, cuius nos nouimus Patrem, & matrem? Quomodo igitur is dicit: de caelo descendi.

Spiritualis manducatio ad eos etiam non pertinet: de quibus murmurantibus inquit:

Multi audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus hic est sermo: quis potest eum audire?

Item,

Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Nouerat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes: & quis proditurus esset ipsum. Iuxta illud: Nonne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota. Hic enim erat proditurus eum: cum esset vnus ex duodecim.

Nam & hi Capernaiticam lanienam corporis Christi somniabant: & carebant vera in Christum fide.

Tales fuerunt isti:

Ex eo tempore multi abierunt discipulo-

rum

Et Christus in ruinam multis est positus. Ac iudex impijs constitutus. Itaque et hi Sacramentaliter illum sumere possunt: non autem spiritualiter.

rum eius, eo relicto: nec amplius cum illo ambulabant.

Ergo rursus pertinet spiritualis, quæ est fidei, manducatio, ad illos, qui Christum non deserunt. ut Petrus, & alij. Sic enim ille respondet Domino. Ad quem ibimus? ac si dicat: non abibimus à te. Et subdit. Verba vitæ æternæ habes. Et nos CREDIMVS, & cognouimus: quod tu es CHRISTVS FILIVS DEI VIVI. Hoc enim est manducare carnem Christi spiritualiter.

Murmurantibus igitur respondet Dominus, ut cœpimus dicere, asseuerando (nam modum ostendit esse fidei) Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Verba quæ ego loquor, Spiritus, & vita sunt. Christi enim caro ex Spiritu sancto concepta est, & à Verbo in unitatem personæ indissolubilem assumpta: & propterea viuifica. Sic igitur illis respondet:

Amen amen dico vobis: nisi ederitis car-

nem filij hominis: & biberitis eius sanguinem: non habetis vitam in vobis. Qui edit meam carnem: & bibit meum sanguinem: habet vitam æternam: & ego suscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea VERE est cibus. Et sanguis meus VERE est potus. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet: & ego in illo. Sicut misit me viuens pater: & ego viuo, propter Patrem: ita & qui EDERIT ME, viuet ipse quoque propter me. Hic est panis ille, qui è cælo descendit. Concludit repetita comparatione manducationis physicae, & spiritualis. Non SICVT manducarunt patres vestri Manna: & mortui sunt. Qui ederit hunc panem: viuet in æternum. Hactenus de esu carnis Christi, & potu sanguinis eius spirituali: reuertamur igitur ad manducationem sacramentalem.

Effectus
 huius manducationis
 & potus,
 resurrectio
 & vita æterna, &
 mansio Christi,
 in nobis

Caput XXXI.

ALIA DISTRIBUTIO

manducationis, & potus

Sacramentalis.

Αξίως, dignè. vt οἱ δοκιμάζοντες ἑαυτοὺς
 qui seipfos probant: vel vt idem Paulus
 ait, οἱ διακρίνοντες ἑαυτοὺς: qui seipfos
 dijudicant, & corpus Domini, οἱ τὸ σῶ-
 μα τῆς κυρίου διακρίνοντες. Hoc est, τὸ
 κρεμακὸν δεῖπνον longè alio loco habet,
 quàm ἰδίον δεῖπνον. Item, qui communi-
 cant in recordationem Domini, vel qui
 annunciant eius mortem.

Quidam
 edunt pa-
 nem hūc,
 & bibunt
 de poculo
 Domini

Αναξίως, indignè. Qui non solum non
 dijudicant, aut probant se: verum etiam
 qui corpus Domini non dijudicant, & in-
 ducium sibi manducant, & bibunt: rei
 sunt corporis, & sanguinis Domini, ἐν-
 χοί εἰσι τῆς σώματος, & αἱματός τῆς
 κυρίου. Et quia rei sunt, & iudicio Chri-
 sti iudicis obnoxij: ideo iudicantur, & a
 Domino corripuntur κερματι, & πνευματικῶς
 primū σωματικῶς, corporali: vt ἀποδείξω
 ἀπὸ τῶν

ἀπώστια, morbis: deinde θανάτω, morte. ut castigatione hac de ira Dei admoniti, resipiscant: & ad corripientem Dominum se conuertant: ne cum hoc mundo condemnentur. Qui verò hanc culpam non agnoscunt: eos cum hoc mundo præter illas pœnas, condemnat. qui supplicij gradus est postremus, nimirum τὸ κατὰ κρημνά.

Ex quibus intelligitur, dignos vocari: qui pœnitentiã agunt: & credunt Euãgelio. Ac illa fides suos quoq; gradus, & incrementa habet. Est enim in plerisq; ὀλιγοπισία, exigua fides: in alijs maior. Itaq; semper orandum est: Domine a daue in nobis fidem. Ergo indigni sunt: qui etsi notitiam historiæ de Christo, & Euãgelio adferunt ad cœnam Domini: tamen hæc mortua est fides. Carent autẽ firma assensione, & fiducia misericordiæ Dei, nobis in Christo promissæ. Ideoque sunt hypocritæ, & ἀμετανοήτοι. Et tamen sumunt impij isti corpus, & sanguinem

nem Christi: sed ad iudicium, & penam.
 Iuxta illud: Quisquis ederit panē HVNC
 (.f. qui est & corpus Christi) aut bibe-
 rit de poculo Domini (.f. quod est & san-
 guis Christi, sanguis inquam novi testa-
 menti) reus erit (non panis, & vini) sed
 corporis, & sanguinis Domini, eò quòd
 corpus eius non dijudicat.

Alia Partitio.

Κοινωνία, cō-
 municatio,
 partes habet
 duas:

Δόσις, quæ & Διάδοσις, ἢ
 μετάδοσις nominatur,
 hoc est, distributio. Ea
 fit symbolis exhibitiis,
 quæ porriguntur mani-
 bus Christi, aut eius mi-
 nistrorum.

Δῆψιν, ἢ μετὰ δῆψιν, καὶ
 μετοχὴν, sumptionem,
 & participationē. Hac
 fit vescantium, & biben-
 tium manibus, præcipuè
 verò corporis ore. Ad

Ad μετάδοσιν perti-
nent illa:

Accipit Iesus panem, eum fregit, deditq;
discipulis. Item,

Et accepto poculo, DEDIT illis.

Nam ἡ κλάσις, ἢ δόσις verba dispen-
sationis sunt. Itaq; Paulus panē, quē fran-
gimus, κοινωνίαν, communicationem, seu
distributionem appellat, non panis, qui
etiam frangitur, id est, diuiditur inter a-
lios: sed corporis Christi, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν
κλωμῆς, ut Lucas scribit.

Ad μέγαν ψω refe-
runtur:

Accipite, comedite: λάβετε, φάγετε.

Et,

Bibite ex hoc omnes. Et biberunt ex eo
omnes: non ait, crediderunt ex poculo.

Vnde Paulus, Calix benedictionis est
communicatio, nō solum distributio, sed
etiam sumptio, & participatio. Cuius rei?
non tantum poculi: verum etiam potus,
qui est sanguis Christi. Os igitur hæc ro-
cipit.

1. *Differen-*
tibus. Nam
ὅτι τὰς φα-
γεῖν, in edēdo
- οἱ μὲν κυριακῶν δεῖπνον
φαγοῦσι: alij Dominicanam
cœnam edunt.
- οἱ δ' εἰδὸν δεῖπνον περιελαβόντες
βάνουσι: alij propriam cœnam occupant.
2. *Disparatis. Alij με-*
τέχῃσι τῆς ἀπέτης
- Κυρίως, participes sunt mensæ Domini.
Δαιμονίων, alij mensæ Dæmoniorum.
3. *Contrarijs, vel*
pugnantib. nã
- ὅς μὲν πένῃ, hic esurit.
ὁ δ' ἐμεθύς: ille verò ebrius est.
4. *Contra-*
rijs.
- Alij enim
Habent, οἱ μὲν ἔχουσι
nempe cœnã propriã,
quam edant.
Non habent, οἱ δ' ἐστὶν
ἔχουσι.
- Sunt
adhuc
reliquæ
distribu-
tiones
tres. qua-
rũ alia cõ-
fecta est
rebus

Nam alij conueniunt σωέρονται, in

Melius, εἰς τὸ κρείττον.
Deterius, εἰς τὸ ἥττον.

5 Loco, & differentibus.

Οἱ μὲν ἐν οἰκίαις, alij in suis adibus

Οἱ δὲ ἐν ἐκκλησίαις, alij in cœtu publico

Ἐσθίουσι, καὶ πίνουσι, edunt, & bibunt.

Caput XXXII.

SECUNDVS VSVS

Quantitatis.

HActenus de usu διαρρηκτικῶν: sequitur συγκρητικὸς: qui positus est in comparando. Nam quòd res inter se conferuntur: id habet à quantitate. Hoc modo

Ex quantitate res omnes comparantur.

do Pascha, & omnia Sacrificia veteris Testamenti componuntur cū agno Christo, vera, & vnica victima oblata, in ara crucis: cuius τόπος, & οὐσία fuerunt illa Ἰουδαίᾳ. Idem Pascha, aut etiam Manna, & aqua fluens ex petra, cum cœna Domini: deniq; cœna propria, & communis, cum cœna Dominica comparantur. Itaq; usus iste cernitur etiam in discriminando, & discernendo. Ac Paulus vult, vt discernamus corpus Domini à communibus cibis. ne quis in hoc Sacramento putet se ore corporis, pane solo pasci, & merum vinum bibere: vt fanatici ἀπὸ Φαριζαίων, & οἰνοπότου contendunt. Distinguitur etiam presentia vniuersalis, à specialibus: Christi circumscripta, & visibilis, à non circumscripta, & inuisibili: presentia corporis in gloria, à presentia corporis Christi assumpti in Deum, seu in vnâ cum Verbo, inseparabilem personam. Sic manducatio physica panis, & vini potus naturalis, qui huius vitæ est, & ventris,

ab esu, & potu rerum incorruptibilium, corporis, et sanguinis Christi, discerni debet: qui, ut illa, fit ore: nec tamen ventris est, aut huic vitæ sustentandæ destinatus: sed hominis quidem integri: veruntamen nutrientem eum ad vitam sempiternam, & ad resurrectionem mortuorum. Postremò differunt plurimum, manducatio sacramentalis, quæ est propria cœnæ, & totius Sacramenti: communis dignè, & indignè vescentibus: et manducatio physica panis, qui etiã extra cœnam editur: sed is verbum illud non habet: Hoc est corpus meum. Vtraq; seiungitur à spiritali, quæ credentium propria est: & in omni verbo, nimirum & vocali, & visibili, vel sacramento, necessaria est. Nam ut pij vitam ex utroq; hauriunt, ex prædicatione Evangelij, & ex sacramentis: in utrisque enim nobis offertur salus, remissio peccatorum, reconciliatio cū Deo, Christus ipse: ita impij rem quidem, seu fructum non percipiunt: audiunt tamen

ver-

verbum: sed maximo discrimine. Eamq;
 ob causam Dominus quatuor auditorum
 genera $\omega\alpha\rho\epsilon\lambda\omicron\lambda\iota\kappa\omega\varsigma$ proponit. Idem
 sacramentum etiam totum interdum su-
 munt: sed quia fidei recte sunt expertes,
 non edunt, & bibunt spiritualiter. neque
 enim sibi hæc verba applicant: quod (cor-
 pus) pro vobis traditur: qui (sanguis pro
 vobis effunditur, in remissionem pecca-
 torum. Hoc inquam non faciunt in Chri-
 sti commemorationem: cuius mortem nõ
 annũciant: sed eius sunt immemores. Ma-
 gnus hic se campus aperit, de plurimis,
 gravissimisq; rebus differendi. De quibus
 si, hoc in loco, scribere instituerem: Ilias
 quædam mihi intra manus nasceretur.
 Sed de his Theologi copiose: nos etiam in
 topicis quasdam persequemur.

V S V S $\omega\epsilon\theta\epsilon\lambda\eta\mu\alpha\lambda\iota\kappa\omega\varsigma$.

Quantitas etiam nobis plurimas que-
 stiones, seu problemata dat: præsertim in
 rebus aduentitijs. Cæterorum .n. generis
 sci-

scilicet, proprij, & definitionis pauca ex isto prædicamento constituuntur. Sed tamen inuestigemus horum quatuor aliquot exempla.

Quæstiones, seu proposita de Genere.

Verum corporis, & sanguinis Christi distributio, quæ fit pane, & vino, sit motus, nec ne? Et, an sumptio, vel manducatio, & potus illarum rerum signatarum sit motus, nec ne? Item, num præsentia Christi corporis, & sanguinis, in symbolis, sit duratio utriusq; extra usum cœnæ, seu esum, & potum? Et, num rerum signatarum dispensatio, facta pane, & vino sit localis aliqua corporis, & sanguinis Christi distantia, aut separatio?

De Proprio.

Num proprium corporis Christi sit, semper esse circumscriptum loco: & semper suas illas crassas habere dimensões? an verò illius proprium sit, interdum non circumscribi localiter, ratione glorificationis, & vnionis personalis?

De Definitione.

Vtrum exhibitio corporis, & sanguinis Christi, sit motus localis: quo naturaliter, vt signa, moueantur res ille signata, ex manibus ministrorum, in ora, atq; corpora vescentium, & bibentium, nec ne? Et, num fides Sacramentariorum, in cana Domini, sit motus localis, quo mens, vel anima eorum directè sursum eleuetur, & attollatur, vltra omnes cælos, in cælum quoddam longum, latum, amplum, vbi Christum hominem apprehendant, nec ne? Et, an dextra Dei sit locus aliquis certus, in quodam cælo, in quo Christus secundum humanam suam naturam continenter maneat, & duret, donec veniat ad iudicium, nec ne?

De Accidente.

Hic locus plura subministrat problemata: quàm illi superiores. Vt, an panis Eucharisticus, vsitato hætenus in Ecclesia, longior, latior, crassior, instar iustæ magnitudinis alicuius placente, quam
Arro-

Artoclastæ lepidissimo verbo *Motschen* appellitant, esse debeat? *Vtrum, sicut in Christi natiuitate, ingressu ad discipulos, & egressu ex monumento: sic in præsentia eius in cœna sumptione, aliqua sit cogitanda corporis Christi vel magnitudo, vel paruitas, vel etiam localis inclusio, atq; circumscriptio, nec ne? Item, num assumpta natura humana, sit, in Verbo, localiter circumscripta corporis continentis superficie, seu extremitate, nec ne? Vtrum Christi, iuxta naturam humanam, à Cinghiano cœlo, quod supra omnes cœlos phisicos esse fingunt, sit aliquis motus ad nos deorsum? Et, an corpus, & sanguis Christi in cœna moueantur, vt symbola, è loco in locum? An Christo, quoad eius corpus, omnis dimensionum penetratio sit facilima, nec ne? Vtrum Christus suo corpore adsit in cœna, Mathematica, vel Geometrica, seu circumscripta præsentia? An, quemadmodum inter panem, & poculum, ita inter corpus, & sanguinem Chri-*

Christi, quæ distinctis signis ordine distribuuntur, sit loci, & temporis quaedam distantia, & interuallū, nec ne? Num animæ humanae Antipodum, solidum ita penetrent: vt per centrum terræ ad nos conueniant, primum deorsum, inde sursum: postremò hinc ad cælum Empyreum, ἕως τοῦ οὐρανοῦ ascendant, motu physico directo, supra omnes nubes, & sphaeras cælestes, ad nuper inuentum nouum cælum, nec ne?

Ex Quantitate determinata.

Num vnus panis sit, qui fractus in cæna, particulis, vel ante, vel in administratione cænae, singulis distribuitur? Et, Vtrum corpus Christi cum pane, omnibus exhibitum vnum sit: an verò multiplicetur? vt sit πολλαπλασίωσις, vel πολλαπλασιασμός: & Christus πολλαπλασιασμός? An panis ille vnus efficiat, vt multi sint corpus vnum, seu vna Ecclesia: cum alij dignè, alij indignè eum panem edant, & de poculo illo bibant? vt duo corpora

corpora esse videantur, Ecclesia nimirum
 vera, & falsa. Sed hæc quæstio, ad articu-
 lum de Ecclesia pertinet, visibili: in qua
 bonis associati sunt mali, qui cum illis e-
 xternam habent Sacramentorum com-
 munionem, & auditum Evangelij: ac
 proinde sunt in eadem, cum illis, societa-
 te: verum maximo discrimine. Sicut in
 corpore animantis eodem, membrum in-
 terdum est aliquod morbidum, mancum,
 & mortuum. Etenim prædicationis, ver-
 bi, & Sacramentorum usus externus, &
 corporalis communem illum cœtum visi-
 bilem efficit. Sed membra eius discernun-
 tur spiritali fructu, fideq; minimè ficta:
 quæ Deo τὰς καρδιὰς γινώσκει penitus est per-
 spectæ. Huc pertinent illa proposita: An
 Christi corpus totum à singulis, glori-
 osum, atq; immortale, ideoq; incorrupti-
 bile, sumatur edendo, an verò in particu-
 las, aut membra dissectum, ut Capernaï-
 te opinabantur? Et, an masticando in
 frustula comminuetur, nec ne? Virum

R

san-

sanguinis Christi guttulæ aliquot, vel super
 persint post usum, id est, potum, vel etiam
 dum bibitur, nonnullæ guttæ in barba
 hæreant bibētis, aut etiam in terram de-
 stillentur? sicut stolidi Monachi, & pro-
 phani Sacrifici delirant. quod enim vinū
 non bibitur, aut ore in cæna nō sumitur:
 Itē: an omnes ex vno illo pane participet
 corpus Christi: an verò vnus, ac alter,
 panem quidem participet: sed ex eo, vel
 cum eo, corpus Christi non item. Et, an
 duæ sint partes principales institutionis
 cæne: vna materiæ, seu rerum cœnanda-
 rum, corporis, & sanguinis Christi in pa-
 ne, & vino: altera effectus, seu fructus di-
 gnè sumentium? Quarum partium illa
 est sacramentalis manducationis, omnium
 cœnantium: hæc autem spiritalis est e-
 sus, & potus, qui non omnium est commu-
 nicantium: sed eorum tantum: qui se pro-
 bant, Dominiq; corpus dijudicant: in eiusq;
 ἀνάμνησιν id faciūt, memores illius mor-
 tis,

iv. & omnium meritorum: quod est tan-
 tum credentium. Et, num integrales, ac
 ἐν ὧν δὲς cœnæ partes sint, quas vtriusq;
 speciei nominibus appellant: vna panis,
 qui est corpus Christi: altera potus, qui
 est sanguis Christi? Item, Quoties sit com-
 municandum cœnæ Domini? Quot disci-
 puli cum Christo discubuerint? & quot cū
 eo fuerint in mensa, quando cœnam præ-
 buit? Quot rerum genera sint præsentia
 in manducatione, & potu, qui fit ore cor-
 poris: ac proinde quot sumantur? Item,
 Quot sint infinitæ Schœnorum myriades
 ad illud cœlum nobis (non Antichthoni-
 bus) superius? Vtrum duo rerum gene-
 ra sint vnum, in cœna, ἐν ὧν δὲς μὴ ἑνὶ: sicut
 in adoranda, sanctaq; Triade tres perso-
 næ sunt vnus Deus ὁ ἰσὶς? & sicut in Chri-
 sto, due naturæ sunt vnus Christus, ἐν ὧν
 δὲς ἑνὶ ἁπλοῦς? Item, quot sint partes cœ-
 næ substantiales, & integrales? Quot sint
 actiones, & quot dicta Christi in cœnæ in-
 stitutione? & quot sint genera sententia-
 rum?

rum? Sed ne sim hic prolixior: sciant studiosi ex ijs, quæ supra sunt, in partium cæterarum enumeratione, exposita, & in v. su. διαγεληκῶ, permagnum propositorum numerum, atq; aceruum congeri posse.

Caput XXXIII.

V S V S συλλογιστικός.

Superest igitur postremus vsus: qui positus est in argumentando. Ex hac enim categoria multæ rationes depro-
muntur. vt,

Inductio,
seu enume-
ratio plena.

Omnis motus aut directus est, aut obliquus, aut transuersus, aut circularis, aut deniq; mixtus.

Remotio
singulariū,
& omniū
partium.

Atq; in cæna Domini corpus, & sanguis neq; ex cælo, descensu facto, neq; ex manu ministri, mouentur in os communicantis, motu directo, aut obliquo, aut transuerso, aut circulari, aut denique mixto.

Conclusio
ἀνασχευασί-
κκ.

Ergo in cæna Domini nullus est corporis,

ris, & sanguinis motus, seu loci quædam physica mutatio, quæ fit spacio, seu magnitudine quadam, aut continuata quantitate.

Item,

Omne tempus est motus duratio.

Panis, & vinum, extra esum, & potum, non durant, aut vnita sunt cum corpore, & sanguine Christi.

Panis igitur, & vinum non sunt corpus, & sanguis Christi, extra tempus manducationis, & potus.

Et,

Si proprietates corporis Christi est: semper esse circumscriptum superficie corporis continentis, & nunquam deponere Geometricas illas dimensiones: quas habent physica corpora: profecto neq; claustris illæsis materni pudoris, natus est: neq; occlusis foribus, bis ad suos venit discipulos: neq; concluso monumento, resurrexit.

Atq; Christus ex virgine Maria natus

R 3 est,

Venit, & v-
 ὁμοιωσά-
 σθαι dictum
 est, cum an-
 tea adfue-
 rit.

est, oclusis foribus, ad Discipulos ve-
 nit: & resurrexit clauso sepulchro, in-
 cumbente lapide.

Ergo non est proprietates corporis Christi,
 semper esse circumscriptam loco.

Item,

Si corpus Christi nullas habet, p̄ter re-
 liquorū humanorū corporū proprietates,
 prerogatiuas, atq; excellencias: etiā nihil
 est in illo factum, quod sit miraculosum.

At in eo plurima facta sunt miracu-
 losa, & contra naturæ leges, & cur sum-
 vsitatum. Etenim non ex viri, sed ex
 virginis semine, & substantia, carnē as-
 sumpsit: eadem natura humana assumpta
 est à Filio Dei in vnā indissolubilem
 personam: voce sua, & attactu miracula
 penè incredibilia edidit: quadraginta di-
 es, ac noctes ieiunauit, ambulauit super
 mare, tanquam aridam, ἀφ' αὐτοῦ ἐγένετο
 vento, etiam ante resurrectionem. nam tu
 met si non omnē suam potentiā, quam ac-
 cepit à Verbo, in statu humiliationis, &
 exina-

exinanitionis, usurpauit: tamen, quia in
 utero matris, statim à conceptione, Ver-
 bum caro factum est: & caro exaltata est
 ad dextram Patris sui omnipotentis: id-
 circo potuit omnia præstare, quæ sunt su-
 pra naturæ cursum: idq; se potuisse, mira-
 culis plurimis demonstrauit, vt eiectione
 demoniorum, & resurrectione mortuo-
 rum.

Igitur Christi corpus non solum habuit
 proprietates illas communes, partim cū
 omnibus hominibus: partim cum vniuer-
 sis pecudibus: sed etiam habuit à Verbo
 (propter personalem cum eo vnionem in-
 effabilem) eam $\omega\epsilon\gamma\omicron\chi\lambda\omega$, $\delta\upsilon\omega\alpha\mu\upsilon$,
 $\epsilon\zeta\omicron\upsilon\sigma\iota\alpha\upsilon$, $\delta\acute{o}\xi\alpha\upsilon$, præminentiam, pote-
 statem, potentiam, gloriam, & maiesta-
 tem: vt non semper fuerit necesse eum cir-
 cumscribi loco. Itaq; non sequitur, eum, si
 sit in pane, & vino cœnæ, localiter, & $\pi\epsilon$ -
 $\epsilon\chi\epsilon\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$ adesse. Neq; igitur necessario
 concluditur, Christum locali motu, suc-
 cessiuè ascendisse in cælum quoddam su-

premū: in quo localiter maneat, vsque ad iudiciū. Ad quod veniet subito, vnoq̄ mō mēto. Is, n. reditus non erit p̄fectio maximis itinerib. suscepta: sed erit *Qavéq̄wōs*.
 Es ist doch je nur vmb das offenbar ren zuthūn / weil Christus Gott vñ mensch in einer vnzertrenten person allenthalben zugegen ist.

Item,

Panis Eucharistiæ est corpus Christi, pro nobis traditum.

Omnes ex illo vno, eodemq̄ pane participamus.

Omnes igitur participamus (scilicet in cœna Domini) corpus Christi, pro nobis traditum: siue digni, seu credentes, siue indigni, & impij. Item,

Christus totus, Deus, & homo non multiplicatur in cœna: in qua specialiter adest præsentia.

Nec igitur multiplicatur in generali præsentia, qua vbiq̄ est totus.

Et,

Deus,

remissionis peccatorum certificatio,
& obsignatio.

Et,

Indigni, seu impij, vt Iudas proditor, & similes non fiunt participes rei sacramenti, seu spiritualis (quæ fit vera in Christum fide) manducationis, & potus, carnis, & sanguinis Domini.

Ergo impij non sumunt partes duas in cæna principales. Item,

Indigni qui iudiciũ sibi edunt, & bibunt: & propterea rei sunt corporis, & sanguinis Christi: ij vel iudicantur à Domino, vt vel corripiantur tantum corporali pœna: vel vt cum mundo condemnentur.

Qui verò pœnitentiam agunt de Christi corpore non dijudicato, & contumelia affecto, ij corporali tantum iudicantur, & corripiuntur pœna à Christo: vt à $\delta\epsilon\upsilon\epsilon\acute{\iota}\alpha$, $\alpha\pi\pi\omega\sigma\iota\alpha$, vel etiam $\delta\alpha\upsilon\alpha\tau\omega$, corporali morte.

Ergo qui pœnitentia ducuntur: non condemn-

demnantur cum hoc mundo: sicut oi
 ἀμετρίως: qui hic corporali, & illic
 spiritali supplicio afficiuntur.

Item,

Integritas Sacramenti consistit in veraq;
 specie. Neq; enim panis fractio sola fa-
 cit Sacramentum: aut sola poculi Co-
 λογία.

Papistæ autem suis non administrant cœ-
 næ veramq; partem, imò neutram: eò
 quòd eam transmutant in aliam for-
 mam, nempe sacrificium, & fingunt
 transsubstantiationem.

Papistæ igitur nō administrant suis lai-
 cis integram cœnam: imò nullam o-
 minino cœnam: cum vna pars absq; al-
 tera non habeat rationem Sacramēti.

Et,

Cœna Domini est esus panis, qui EST cor-
 pus Christi: & potus vini, quod EST
 sanguis Christi.

Zuingliani, & Calvinistæ, non edunt pa-
 nem, qui est corpus Christi, nec bibūc
 potum,

potum, qui est sanguis Christi: sed qui significat, ut figura tantum, seu typus, absente à cœna, Christū, & stantem, vel sedentem, aut currentem, in caelo suo quodam nouo.

Zuingliani igitur, & Calvinistæ in suis templis, non habent cœnam Domini.

Item,

Quot facta, & dicta Christi, & Apostolorum numerantur in celebratione cœnæ: tot etiã in omnibus cœnis deinceps in Ecclesia, omni tēpore, sunt retinenda.

Atqui Christi hæc numerantur

Facta:

Panis } Sumptio.
 } Fractio.
 } Exhibitio.

Dicta:

Gratiarum actio.

Asseueratio de pane, quòd sit corpus Christi.

Determinatio: quòd sit idem corpus, quod pro nobis est traditum.

Man-

Mandatum, vt hoc faciamus in eius
commemorationem.

Discipulorum verò hæc
numerantur:

Panis } Sumptio.
 } Manducatio.

In altera parte ista recensentur:

Christi facta.

Poculi } Sumptio.
 } Exhibitio.

Dicta.

Gratiarum actio.

Iussio, vt omnes ex poculo bibant: idq;
in sui commemorationem.

Asseueratio, quòd sanguis sit suus.

Determinatio duplex: quòd sit san-
guis noui testamenti, qui pro nobis
est profusus, in remissionẽ peccatorũ.

Apostolorum Facta.

Sumptio calicis.

Porus, qui est sanguis Christi haustus.

Ergo hæc omnia, quæ substantialia, &

correlatiua sunt, dantis, & accipientis, conuiuatoris, & conuiuiarum: cœnæ, & rerum cœnandarum, in omni cœna deinceps in Ecclesia, omni tempore sunt retinenda.

Subsum-
ptio.

Atqui nec Pontificij, nec Sacramentarij in suis Missis, & concœnationibus omnia retinent.

Quare nec Papistæ, nec Dipnosophista celebrant cœnam Domini.

Item,

Quicumq; cœnam edunt: vel propriam occupant: aut Dominicam sumunt.

Corinthij schismatici, seu hæretici propriam occupabant.

Corinthijs igitur illis nõ licuit cœnã Dominicam edere.

Et,

Prima cœna Domini fuit: in qua Christus in mensa visibiliter, & circumscriptiuè, cū suis discipulis discubuit suumq; ipsis corpus, & sanguinem dedit à $\alpha\omega\epsilon\iota\gamma\acute{\alpha}\mu\omega\varsigma$, & $\alpha\omicron\gamma\acute{\alpha}\tau\omega\varsigma$, pane, & vi-

Et vino manducandum, & bibendū.
 At Corinthi Christus adfuit quidem cō-
 uiuator, non tamen *ὡς ἑργάτης*, &
ὄργιστος.

Ergo Corinthi cœna celebrata à Paulo,
 Christi vicario visibili, cum Corin-
 thijs, non fuit cœna prima: sed secun-
 da, & Apostolica.

Item,

Cœna prima celebrata est à Christo, non
 in templo, sed *ἐν κλόμεναι*, & in do-
 mo patris familiâs & dēiva: in cœnacu-
 lo magno, strato, parato: & ea nocte,
 qua proditus est Christus.

Paulus Corinthi cœnam non celebrauit
 in diuersorio, sed templo, neq; sub no-
 ctē.

Ergo Pauli, & Corinthiorum cœna non
 fuit prima.

Item,

Quicquid pertinet ad Dignorum officiū:
 id debitum, & laudabile est, in cœna
 agere.

Atq̄ facere hoc in commemorationem
 Domini, eiusq̄ mortis annunciatio-
 nem: hymnum item canere vel post,
 vel ante peractam cœnam: pertinet ad
 dignorum officium.

Ergo illud facere, quod Dominus iussit,
 in ἀνάμνησιν αὐτοῦ, ἢ καὶ ἡμελίαν ἢ ἡ-
 νάτου αὐτοῦ: deniq̄ ὑμνεῖν πρὸς ἑὐ-
 πρου, ἢ μετ' αὐτὸ τὸ δεῖπνον, debitum
 est, & laudabile. Illa enim sunt, ut
 Græci loquuntur, δέοντα: hoc ἐπαρνεῖται.

Et,

Panis, & vinum sunt cibus, & potus, qui
 corrumpuntur.

Ergo panis, & vinum naturali modo su-
 muntur, & absumuntur in ventriculo.
 Omnis enim cibus ventris, quo fames se-
 datur, per stomachum in ventriculo
 traicitur: ibiq̄ concoquitur, &c.

Item,

Corpus, & sanguis, cibus, & potus est non
 interiturus, sed immortalis, & incor-
 ruptibilis.

Ergo

Ergo corpus, & sanguis Christi, etsi ore sumuntur, propter *ἐρωσιν φυσικῶν*: non tamen physico modo, neq; ita, ut absumantur, aut concoquantur.

Item,

Spiritualis manducatio nihil percipit ore corporeo: sed fide sola rebus fruitur. In cœna Domini est manducatio panis, qui est corpus Christi, & potus vini, qui est sanguis Christi: eaq; sumptio fit non fide, sed ore corporeo.

In cœna igitur non est spiritualis manducatio panis, qui est corpus Christi, & potus spiritualis, qui est sanguis Christi: sed est sacramentalis, et corporalis.

Item,

Sola fide spiritualis fit manducatio carnis Christi, & potus sanguinis Christi. Atqui in cœna requiritur etiam fides, propter appendices: qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum.

Ergo in cœna Domini, etiam requiritur spiritualis manducatio, & potus car-

S nis,

carnis, & sanguinis Christi. Sed illa
verorum Christianorum, non hypocri-
tarum est.

Item,

Omnis physica presentia Christi est sen-
sibilis, & loco circumscripta.

Atqui corpus Christi, & eius sanguis, nō
adsunt sensibiliter, & $\omega\epsilon\gamma\epsilon\acute{\alpha}\mu\omega\varsigma$.

Igitur corpus, & sanguis Christi, non ad-
sunt in cœna, & ore sumentium, phy-
sica ratione: sed $\omega\epsilon\gamma\epsilon\acute{\alpha}\mu\omega\varsigma$, & $\omega\epsilon\gamma\epsilon\acute{\alpha}\mu\omega\varsigma$:
quæ fit ratione corporis
glorificati, & assumpti à Verbo, in v-
nitatem personæ.

V S V S τοπιχός.

Postremus usus prædicamenti Quan-
tatis, est τοπιχός. Est enim fons, & ori-
go locorum Dialecticorum. Hinc enim
scaturiunt, & oriuntur genera, differen-
tiæ, formæ, propria, totum, partes, con-
traria, similia, & reliqua generis eius-
dem. Genera sunt, ut magnitudo, &
multitudo: Differentiæ, ut longum, la-
tum.

tum, profundum: forma, ut linea, extremitas, seu libramentum, & corpus solidum: propria, ut continuatæ quantitatis proprium est *συνέχεια* habere partium: determinatæ, *διόρισμὸν*, separationē: Totius exēpla sunt, ut numerus, oratio: Partium, ut *ἑνῦ*, duo, & reliqua: Contrariorū, ut magnitudo, paruitas: lōgītudo, breuitas: par, impar: Similium, ut tempus, & numerus, & cetera.

Sed hæc de Quantitate hætenus.

Caput XXXIII. QUALITAS.

Proximum, ex decem rerum summis generibus, attributum est Qualitas: cuius genera duplicata numerantur quatuor: habitus, & affectio, *ἔξις*, & *ἀφείθεσις*: nature vis, & impotentia, *φυσικὴ δύναμις*, & *ἀδυναμία*: patibilis qualitas, & affectio, *παθητικὴ ποιότης*, & *πάθος*: forma, ac figura, *μορφὴ*, & *ἔχνημα*.

De Habitu, & Affectione.

Obiecti simplicis, τοῦ ἀνευ συνθέσεως
κῆς πρᾶγματ' & κῆς θείματ'.

Cognitio prima
cipientium, ἢ
τῶν ἀρχῶν,
ἢ τῶν πρῶτων
τῶν γινώσκων.

Mente,
seu intel-
ligentia,
ἢ εἰς δια-
νοητικαί.
vt est
notitia,
ἢ γινῶσις,
tum

Assenti-
mur, κα-
τὰ συνκα-
τάδοσιν:
est, tum
Notitia
certa. E-
ius autē
genera
sunt:

Scientia, ἢ
πιστήμη.

Arts, ἢ τέχνη.

Prudentia, ἢ
φρόνησις.

Fides, ἢ πίστις.

Proposi-
tionis,
vel enun-
ciatio-
nis, ἢ κα-
τὰ συμ-
πλοκήν:
cui vel

Ani-
mi.
Qui
rursus
aut
sunt
in

Hab-
itus
om-
nes,
aut
sunt

a

b

Non assentimur: ἢ ἀδίσ-
citur notitia incerta, seu
opinio, ἢ ὁμοίωσις: cum propo-
sitionem aliquam non
amplectimur firma as-
sentione.

a

b

Voluntate,
 ἡξες πρῶται
 περὶ καί. Qui
 habitus
 sunt aut

Corporis, τὸ
 σώμα. &c.

Boni. ut
 virtutes

Spiritua
 les, seu
 Ecclesia=
 sticæ. cu
 iusmodi
 sunt:

Mali.
 ut vi=
 tia:

Incredulitas.

Imprudencia.

Iniustitia.

Superbia.

Luxus, &c.

Ciuiles. } Prudentia.
 } Gratitude.

Fides.

Spes.

Dilectio.

Timor Dei

Tolerantia

Obediētia.

Pietas, ve=
 rusq; Dei
 cultus.

Eadem diuisio est affectionis, & Ἀφῆσις: quam vulgus Dialecticorum nominat improprie dispositionem: quae non confirmata, sed inchoata, non inueterata, sed recens qualitas est.

Notitia Simplicis obiecti.

Ea est persona, aut rei simplicis, extra propositionem. ut cogitatio, vel recordatio Christi. Ac pertinet proprie ad questionem ἢ ἔστιν, an sit. Cum nobis certo constat de subiecto. Sic omnibus notum esse debet, caenam esse Dominicam. Haec enim est à Christo iam mortem adituro pro nobis, instituta. Id quod ostendit historiam, non ab vno, sed à tribus Euangelistis, verissimis testibus, tradita: quibus locupletissimus accessit quartus, nimirum Paulus Apostolus.

Notitia propositionum.

Cognitio principiorum.

Omnis ars, omnis doctrina, omnis ^{quae} facta
culi

cultas, atq; professio sua habet principia,
 qua dicuntur δεχαι, καὶ τὰ πρῶτα: ac sunt
 ἀπιστάτωτα. Itaq; in sacris literis certis-
 sima, & ἀνασίπρητα reperiuntur: die vni-
 widersprechlich seind. Huic .n. Chri-
 stianus homo nullus contradicit. Deus est
 mens æterna, iusta, misericors, immēsa sa-
 pientia, & potentia: & alia quæ ponun-
 tur in descriptione diuinæ essentia. Item
 illud est ἀνευδοξασον, ἀνευσταλον, & ἀνε-
 τάρκωλον: IESVS Christus est Filius æ-
 ternus, Patris æterni: qui propter nostrā
 salutem descendit de cælo, & homo factus
 est. Itē, Hic Christus Deus, & homo est,
 in vna persona inseparabili. Idem est vt
 verax, sic omnipotens. Ideoq; quod dicit,
 prestare potest, & reipsa prestat. Est e-
 nim eiusdem potentia, gloria, & maie-
 statis cum Patre, & Spiritu Sancto. Itē,
 Christo, secundum humanam naturam,
 data est à Diuinitate, quia Verbum caro
 factum est, ΟΜΝΙΣΕΞΟΥΣΙΑ, potestas,
 in COELO, & in TERRA. Ac proinde

non in cælo tantum est: sed etiam in terra, seu ubiq;. Nam si omnis ei potestas tradita est: etiam hæc ei data est: vt id quod affirmat, præstare possit. Ego vobiscum sum, vsq; ad cõsummationem seculi. Itaq; certissimum quoq; est: Christũ adesse corporaliter in cæna sua. Iuxta illud: Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus. Non enim inquit, Hoc est Diuinitas, Spiritus, aut vigor corporis mei. Principia hæc sunt ἀπελόγητα. Sed negantur, & oppugnantur, nostro deploratissimo seculo, nefariè à multis: cum quibus non erat differendũ. Iuxta illud ἀξιωμα, & principium Dialecticum: Contra negantem principia, non est disputandum. Quamobrem tutò, & simpliciter credimus, assentimur, & acquiescimus verbis noui testamenti: quæ protulit os ueritatis, sapientia, & virtus Patris, Iesus Christus, Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus. Ex eiusmodi principijs non ars, sed

Scientia.

Ars.

scientia constituitur: quæ διὰ τοῦ εἰρησίου
CON-

constat, seu perpetuis demonstrationibus:
 in Sacra, diuinæq; literæ. Πάσα δὲ ἀγία
 γὰρ ἡ Πνευματικὴ ἐστὶ, ὡς ἀναπόδε-
 κτὸς: quia Θεόπνευστος, diuinitus inspira-
 ta. Prudentiam appellant aliqui νοτιτῖα Prudētia.
 veram: quæ recta ratione duce, regit deli-
 berationes, in delectu honestarum actio-
 num, rerumq; vtilium. Sed in Theologia
 recta ratio non est dūx: sed verbum Dei,
 quod est lucerna pedibus nostris, in viam
 veritatis. Nisi enim Spiritu sancto du-
 camur: toto, quod aiunt, cœlo aberrabi-
 mus. Hanc Φρόνησιν requirit Apostolus
 a Corinthiis: quibus iudicium de præsen-
 ti controversia committit. ὡς Φρονήσεις,
 λέγω. κριναίτε ὑμεῖς, ὁ Θεός. Vt prudenti-
 bus, inquit, loquor: iudicate vos, quod
 dico. Poculum benedictionis, cui bene-
 dicimus, nonne communicatio, & parti-
 cipatio est sanguinis Christi? Panis, quæ
 frangimus, nonne communicatio, & par-
 ticipatio est corporis Christi? Quia vnus
 panis est: vnum etiam corpus sumus. Om-

Fides.

nes enim ex vno pane participamus. Prudentia enim formæ sunt, notitia bonorum præceptorum, & notitia legum. Ergo & notitia legis Domini, seu verbi. In cuius meditatione, qui versatur omni tempore, is verè beatus haberi, & dici debet, Psalmo primo. Sed vt notitia verbi Christi necessaria est homini Christiano: sic requiritur in eodem fides: quæ est notitia propositionum certarum, Hoc est corpus meum. Hoc est sanguis meus: quas propositiones firma assensione, seu *κατὰ δόξαν*, amplectimur, propter assensionem, non humanorum testium veracissimum: sed omnipotentis, & veracissimi filij Dei, qui ipsa veritas est. Vt enim Iudex assentitur narrationi, propter testes veraces: ita nos assentiri debemus historicæ de cæna Domini: propter os veritatis: & propter eius testes locupletissimos, veracissimos, constantissimos, grauissimos, maximeq; inter se consentientes, non tres, sed quatuor: Matthæum, Marcum, Lucam Euangelistas: & Apostolū Paulum.

Caput XXXV.

DE VIRTUTIBVS
Spiritualibus.

Verba cœnæ Dominicæ flagitant præterea has virtutes: fidem, gratitudinem, prudentiam, spem, dilectionē, timorem Dei, & tolerantiam. Ac fidem *Fides.* hic non vocamus tantum notitiam, ut supra: sed eam notitiam, qua firmo assensu, amplectimur totam doctrinam à Deo traditam Ecclesiæ, & in hac, etiam promissionem reconciliationis, quam apprehendentes, accipimus remissionem peccatorum, fiducia, *πειθισμός*, Filij Dei: & hac fiducia acquiescetes in Filio Dei, accedimus ad Deum: nosq; recipi, & exaudiri statuimus, & eum inuocamus.

Notitiā, & assensum flagitant illa:
Hoc est corpus meum.
Hoc est sanguis meus.
Panis, quem frangimus, est communicatio corporis Christi.

Poculum benedictionis, cui benedicimus,
est communicatio sanguinis Christi.
Qui edunt victimas, participes sunt sa-
crificij: sic qui edunt panem hunc, & bi-
bunt ex poculo illo: participes sunt,
καινωι, corporis, & sanguinis Christi,
non tantū societate, aut iure, sed man-
dicatione etiam, & potu.

Fiduciam requirunt illa:

Hæc est in voluntate accipiente præsens beneficium, .f. remissio nem peccatorum.

Quod (corpus) pro VOBIS traditur.
Qui (sanguis novi testamenti, seu pro-
missionis) pro VOBIS, & pro MVL-
TIS effunditur, in remissionem pecca-
torum.

Gratitudinem postulant:

Ευχαριστήσις, ἢ εὐλογησις.

Item,

Hoc facite in mei recordationem.
Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in mei
commemorationem.

Quotiescunq; enim biberitis panem hunc:
& quotiescunq; de poculo hoc biberitis:
mortem Domini annunciate: donec ve-
nerit.

Præ-

Prudentiæ præterea sunt ista,
& pœnitentiæ.

Probet autem homo seipsum: & sic de illo pane edat: & de poculo illo bibat. Etenim si nos ipsos dijudicamus, haudquaquam iudicabimur. Vt qui probati sunt, inter nos, manifesti fiant.

Item,

Dijudicet corpus Domini.

Huc pertinet ἡ ἐὺταξία, καὶ ἡ ἐὺσχημία.

Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad comedendum, alius alium expectet. Quod si quis esurit, domi edat. Num sanè domos non habetis ad edendum, & bibendum?

Spem confirmant illa, promissionis.

Quod (corpus) pro VOBIS datur.

Qui (sanguis meus, noui testamenti) pro VOBIS, & pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Item,

Est expectatio futuræ liberationis, et uitæ æternæ, propter Filium Dei certam, & expectatio auxilij, & mitigationis calamitatum, in hac uita, iuxta consiliū Dei.

Cum

Cum iudicamur: à Domino corripimur:
ne cum mundo condemnemur.

Τῆς ἀγάπης
τοῦ Θεοῦ ἐστὶν,
obedire om-
nibus præce-
ptis Dei in ue-
ra fide, prin-
cipaliter, ut
eum honore
afficiamus. I-
deo inquit,
Hoc facite in
mei memoriã

Dilectionem mutuam erga
Deum flagitant:

Beneficia Christi; qui nos corpore suo
pascit: sanguine suo potat: & hac ratione
sibi nos membra facit, atq; incorporat: qui
suum corpus pro nobis tradidit: sanguinem
suum pro nobis profudit, in remissionem
peccatorum: qui nouum testamentum,
nouumq; fœdus nobiscum suo sanguine in-
terposito percussit, & stabiliiuit.

Charitatis proximi sunt
indicia.

Quia vnus panis: vnum corpus multi sumus.

Item,

Quapropter, dilecti mei, ἀγαπᾶτε ἑαυτοὺς μου.

Et,

Itaq; fratres mei, &c.

ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν

Timorem Dei mandant ista.
Quisquis ederit panem hunc, & biberit
de po-

poculo Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini.

Nam qui edit, & bibit indignè: iudicium sibi ipsi edit, & bibit: non dijudicans corpus Domini.

Item,

Propter hoc, inter vos multi imbecilles, & inualidi: & dormiunt multi. Nam si nos ipsos dijudicassemus: haudquaquam iudicati fuissetus. At cum iudicamur: à Domino corripimur: ne cum mundo condemnemur,

Quòd si quis esurit: domi edat: ne ad condemnationem conueniatis.

Tolerantiam innuunt hæc:

Cum iudicamur: à Domino corripimur: ne cum hoc mundo condemnemur.

Hæc enim est virtus obediens Deo in erumnis, quas docet perferendas esse: ne fracti dolore, faciamus contra mandata Dei: estq; hæc obedientia coniuncta cum spe auxilij diuini, propter Filium Dei $\mu\epsilon\sigma\iota\tau\omega, \chi\iota\kappa\epsilon\tau\omega.$

nã, & est uirtus, quæ inclinat uoluntatem, ut reuera expauescamus agnitione iræ Dei, et poenarum. Hæc seruilis sit timor filialis, si accedit fides, quæ corda in pauore eriguntur cõsolatione, & accedunt ad Deum,

Obedientiam requirunt:

Accipite: edite, bibite: & biberunt ex eo omnes.

Item,

Hoc facite in mei commemorationem.

Et,

Annunciate mortem Domini.

Denique pietatem, verumque Dei cultum postulant.

Fugite idolatriam.

Omnia ista complectuntur hæc verba:

In melius conuenite.

Bonitatem, munificentiam, & misericordiam Dei ostendunt:

Edentibus illis, Iesus accepit panem, fregit, & dedit Discipulis, & ait, Accipite, edite: Hoc est corpus meum: quod pro vobis traditur, & frangitur. Et accepto poculo, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hoc enim est sanguis meus, novi testamenti: qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum.

Iusti.

Justitiæ Dei argumenta sunt illa

λα ἐκωνηκικά.

Reus erit corporis, & sanguinis Domini.

Iudicium sibi ipsi edit, & bibit.

Propter hoc inter vos multi imbecilles,
& inualidi: & dormiunt multi.

Etenim si nos ipsos dijudicassemus: haud-
quaquam iudicati fuisset. At cum
iudicamur: à Domino corripimur: ne
cum hoc mundo condemnemur.

Ne ad condemnationem conveniatis.

VITIA.

Incredulitas, ἀπιστία.

Quicumq; ederit panem hunc, aut biberit
de poculo Domini INDIGNE, &c.

Qui edit, & bibit INDIGNE.

Imprudencia, ἀφροσύνη.

Non dijudicans corpus Domini.

Si nos ipsos dijudicassemus.

Iniustitia, ἀδικία.

Reus est corporis, & sanguinis Christi,
scilicet contumelia affecti, sumptione

T indi-

indigna, nulla ante facta probatione, pe
pœnitentiam, & fidem.

Huc dissidia, & secta pertinent,
χίσματα, & αἰρέσεις.

Cum conuenitis in Ecclesia, audio dissi
dia inter vos esse. Oportet enim & se
ctas inter vos esse. Cum conuenitis igitur
in eundem locum: non licet Domini
cœnam edere.

Luxuria, ἡ ἀσωτία.

Quòd vnusquisq; propriam cœnam occu
pet in edendo. Et hic quidem esurit: il
le autem ebrius est. Num sanè domos
non habetis ad edendum, & bibendum?

Superbia, ἡ ἐρηφασία, & μισα
δελφία, odium proximi.

An Ecclesiam Dei contemnitis? & pu
defacitis eos, qui non habent?

Omnia ista peccata complectitur
Paulus.

In deterius conuenitis.

Hæc vitia merentur vituperatio
nem, & reprehensionem. Itaq; gra
uiter

uiter Corinthios obiurgat Aposto-
lus, acriterq; reprehendit: dum in-
quit:

Illud tamen precipiens, non laudo.

Et paulò post,

Quid vobis dicam? laudabo vos? in hoc
non laudo. Nam supra illos laudauerat
à prudentia: vbi aiebat: vt prudentibus
loquor.

Ad corporis habitum, atque
affectionem referuntur:

Propter hoc, inter vos multi imbecilles
sunt, & inualidi, ἀδυνάτοι, & ἀρροστοί.

Caput XXXVI.

ALTERA SPECIES

Qualitatis.

SECUNDUM genus Qualitatis etiã ge-
minum est. Vt autem superiora duo
differunt perfectione, & imperfectione:
inchoatione, & cõsummatione, posteriore,
& priore: sic Φυσικὴ δυνάμις, & ἀδυνα-

Naturalis
potentia.

μία, distincta sunt inter se, vt contraria
non vt comparata, maius, & minus. Po-
test hæc species vtiliter quoq; considerari
in causa cœnæ Dominicæ. Ergo primum
Φυσικὴ δυνάμειν, naturæ vim specte-
mus. Est enim Christi facultas, seu poten-
tia, quam ab æterno habuit æqualem cū
Patre, & Spiritu sancto: vt non solum
possit esse vbiq;: ideoq; etiam in sacra cœ-
nâ, diuinitatē sua: verum etiam præsens
adsit omnibus creaturis: & suæ Ecclesiæ,
suisq; sacramentis. Eiusdem Christi, post
assumptam carnem à Verbo, in Personæ
vnitatem: par, eademq; est δυνάμειν Φυ-
σικῆν, quam à semetipso habet: vt vbiq;
humanâ secum naturam præsentem, nul-
lo spacio locorum seiunctam habeat. Itaq;
si hominem Christum ratione ἡνωσέν-
της ἐνώσεως consideremus: etsi eius na-
turæ ἐστὶ ἀδύατον, vt καὶ αὐτὸν, per
se, suâq; propria vi, & facultate possit es-
se vbiq;: tamen hæc δυνάμειν, quæ non Φυ-
σικῆν est, sed ἡνωσέντης, ἰδέα, ἢ ἰσ-
κῆτος.

ἄητος, ἀ λόγω, absolutè, & plenariè sic accepit, ut ubiq; cum toto Verbo, quod caro factum est, non tam esse queat, quàm presens sit. Ac proinde etiam in cœna panis, & vini, adest suo corpore, & suo sanguine. Omnis enim ἐξουσία, seu potestas, Christo, quâ homo, est tradita, in cœlo, & in terra. Itaq; δὴ ἡμῶν τῶ ἐξουσίᾳ, & τῶν αὐτοῦ τοῦ ἰσχυροῦ & eiusdem corporis, & sanguinis Domini est: ut cum symbolis ore corporali intra nos assumantur.

Iam panis ea est natura: ut non solum ore sumi, verum etiam dentibus teri, deglutiri, per stomachum trajci in ventriculum, ibiq; concoqui, absumi, mutari in chylum, spargi tanquam nutrimentum per reliquum corpus, eiusque pars inutilis excerni possit. Vini consimilis prope est Φουσίᾳ δὴ ἡμῶν: ut sensu percipiatur, & absumatur. Vnde Augustinus, Panis, inquit, ad hoc factus: in accipiendo Sacramento, consumitur. Et Origenes, Panis sanctificatus, iuxta id, quod habet

Lib. 3. de
Trini. cap.
10.

In 15. cap.
Matth.

materiale, in ventrem abit: & in secessum eijcitur.

Naturalis
impotentia
vel imbecillitas.

Φύσικὴ ἀδυναμία.

Panis igitur, & vini uaturalis impotentia est: ut per se, ac vi sua sint corpus, & sanguis Christi substantialiter in cœna, vel conuersione, vel vnione? Est cœna panis ὁμοιωδῶς corpus Christi: vini sanguis Christi, ἐνώσει vnione, atq; præsentia sacramentali: sed δυναμῶς, vi, atq; potentia Christi: eiusq; verbi, & ordinationis. Item, corporis, & sanguinis Christi in cœna naturalis est impotentia: vt vorantur, dilaniantur, dentibus conterantur, deglutiantur, ingurgitentur, in stomachum traiciantur, concoquantur, absumantur, corrumpantur, per secessum eant. Non enim Christus in cœna pati, sed agere aliquid voluit: & mors ei ultra non dominabitur. Item, Non videbit corruptionē, Δὲ φθογὰν. Psal. 15. Act. 2. Præterea Chrysostomus de Encœnijs, sic inquit: Num, sicut reliqui cibi, in secessum

sum vadit? Absit. Paschasius etiã prolixè refutat istud diabolicum portentum. Naturalis etiã in nobis est imbecillitas: ut cum alibi, tum in cœnæ communionem Christum videamus, tangamus, alioiue sensu percipiamus: etiamsi præsentem cū Symbolis visibilibus intra nos manducãdo, & bibendo sumamus. Ergo Φοικὴν est ἀδωαμία: ut anima, vel mente, ex corpore raptã, ascendamus in cælum Empyreum, ultra omnes aspectibiles cælos. Est etiam naturalis fidei impotentia: ut sit μετὰ Βαλῆν, transiens extra hominẽ, vel eum eleuans, atq; attollens sursum supra omnes nubes, & omnes cælos, in Cinglianorum quoddã cælum ἔτροπον. Itaq; fidei quoq; ἀδωαμία est: ut sit παντοδύναμος, omnis potentia: quæ possit omnia sibi facere præsentia: cum potius rebus promissis, & exhibitis ea perfruatur. Multò minus ea natura est cogitationis, & phantasiæ, ascendere in cælum, & Christum contemplatione quadam complecti.

Deus est παντοδύναμος, non fides.

Id enim non est credere, sed opinari: non scire, sed somnare: rem non presentem, sed quasi presentem habere, forti illa speculatione, & raptu $\epsilon\kappa\sigma\epsilon\lambda\upsilon\omega$, vel enthu- siastico. $\text{Εστ} \ \& \ \Phi\upsilon\sigma\iota\kappa\eta \ \alpha\delta\omega\alpha\pi\iota\sigma\iota\alpha$: vt Antichthones, per centrum terra descen- su, & ascensu ad nos veniant: & nobiscum, ad caelum, quod non supra illos sit, sed su- pra nos positum, ascendat: quorum homi- num profectio intentissima, fortissimaq; deberet esse speculatio, & phantasia.

Caput XXXVII.

Patibilis Qualitas.

Hæc afficit, ac mouet animum, & sen- sus. Ac animum, mentemq; afficiunt, cum alia, tū vera, & falsa: illa, vt credamus: hæc, vt ijs non assentiamur. Cum autem Christi verbum verissimum sit, & certis- simū: Hoc est corpus meum: Hoc est san- guis meus: sic animos nostros mouere de- bebat, & afficere: vt de eo nihil ambigere mus: sed ei, quia $\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma \ \epsilon\Phi\alpha\omicron \ \delta \ \text{Πατρ} \ \alpha\tau\eta\varsigma$, & $\chi\upsilon\epsilon\iota \ \& \ \eta\mu\omega\upsilon$, firma fide assentiremur:

præsertim cum sit Καφῆς, ἀναμψίβο-
 λος, καὶ ἀνευδοίατος, in illa graui assue-
 ratione. Itaq; & mandata Christi, accipi-
 te, edite, bibite: hoc facite, in mei comme-
 morationem: annunciate mortem Domi-
 ni, nos ad debitam ei obedientiam inci-
 tare, & impellere oportebat. Falsa igitur
 Papistarum, & Sacramentariorum
 de cæna doctrina, explicatio, & intelli-
 gentia: animos nostros sic moueant, sic af-
 ficiant: vt eam omni studio fugiamus, &
 detestemur. Iuxta illud Pauli: Fugite
 Idolatriam: & Christi illud: Cauete vo-
 bis à Pseudo prophetis, qui ad vos veniunt
 in vestitu ouium. At Theologorū Augusta-
 ne cōfessionis doctorū argumenta neces-
 saria, seu δὲ τοῦ εἰζῆς, ex Christi indubita-
 to verbo, de eius voluntate, & omnipo-
 tentia, extracta: ita nos afficiant: vt scia-
 mus, quid affirmet Dominus: & vt de eo
 certi simus. Finis enim illius patibilis
 qualitatis est ἡ Πιστῆς, scientia, & cer-
 titudo. Ex quibus perspicuum est: quàm

non mouere nos debeant rationes falsæ
 Papistarum: & Zuinglianorum, atq; Cal-
 uinistarum ratiunculae, parim verissi-
 miles, πῶτοι: partim captiose, & falla-
 ces, φανόμοιοι ἐνδοξοί, ἢ σοφιστικαί: par-
 tim falsæ, & absurda, ἄδεις, ἄνομοι.
 Quæ pariunt non scientiam, sed opinio-
 nem: non fidem, sed captionem: non verâ
 doctrinam, sed teterrimum errorem.

Obiecta
 mouent pri-
 mum sen-
 sus: deinde
 animum, et
 iusq; cogi-
 tationes.

Præterea corpus, & sanguis Christi
 nobis exhibitum ad manducandum, &
 bibendū: idemq; pro nobis in mortem tra-
 ditum, sanguisq; pro nobis profusus, in a-
 ra crucis, etsi non afficiunt sensus: tamen
 mirificè mouent piorum mentes: eorumq;
 fidem confirmant. Ac quemadmodum im-
 piorum animos, ac conscientias ita mo-
 uent: ut eas terreant metu futuri iudicij:
 tamen fidelium corpora, spe resurrectionis,
 & immortalitatis, vitæq; sempiternæ
 gustu afficiunt, atq; exhilarant: propterea
 quòd, ut animæ, sic corpora nostra carnem
 & sanguine Christi saginantur. Reli-

Reliqua mouent sensus: vt auditum, pronuntiatio verborū institutionis, quæ sunt non hominis alicuius, sed Christi Filij Dei, & filij hominis veracis, & omnipotentis: quibus verbis nostra fides, quæ est ex auditu, exuscitari, & confirmari debet. Visum afficiunt panis, & vinum, symbola visibilia, exhibentia res cælestes inuisibiles, corpus, & sanguinem Christi. Eadem esca panis, idemq; potus vini, suauiter afficiunt gustatum, & olfactum: mouentq; eodem modo tactum, in sumptione, seu manducatione, & potu: quibus mouemur, vt sursum corda dirigamus ab his terrenis elementis, ad illa cælestia pignora, corpus, & sanguinem Christi: quæ hisce signis externis, porriguntur, distribuuntur, & dispensantur, non tantum ad credendū, illa esse data, & effusa pro peccatis nostris: verum etiā ad manducandum, & bibendum. Quæ causa est, vt propter rei certitudinem, & euidentiam, Veteres splendide de hoc mysterio

Tota actio, forma, & ritus pius variè afficit meditatione Christi præsentie in sua Ecclesia.

Veteres Ecclesiastici doctores splendide de hoc mysterio locuti sunt.

Sacramenti hostes flagellant sanctos Patres

sterio senserint, & locuti sint, verbis illustribus, gravibus, & superlatis: quibus sicubi D. Lutherus, & qui cum eo faciunt, utitur parca, & moderate: vociferantur presentis in cena Christi hostes, esse hyperbolas: quas amemus, & quas magnificiat Lutherus. Ergo isti, dum nos, nos, nos, criminantur: flagellant eruditam antiquitatem, piamque verustatem, seu patres orthodoxae, catholicaeque Ecclesiae Christi: qui superlatis verbis, illustrandi gratia, sunt vsi, ad hunc modum.

Chrysostomus Homil. 51. in Mattheum.

Tangamus ergo & nos simbriam vestimenti eius: imò verò totum. Ipsum et tangimus. nim si volumus: non vestes solum, sed corpus ipsius, quod nobis propositum est: non ut TANGAMVS solummodò: sed ut COMEDAMVS, & saturemur. ADEAMVS igitur Christum singuli agrotantes, magna cum fide. Nam si qui simbriam vestimenti eius tunc tetigerunt: recte

recte omnes conualuerunt: quanto magis
 corroborabimur: si **TOTVM IN NO-**
 bis habebimus? Cum **FIDE** autem ac-
 cedere: non est, vt tantummodo propositū
 corpus **RECIPIAS**: verum etiam multo
 magis, vt mundo corde **TANGAS**.

Totum in
 nobis habe
 mus.

Propositū
 corpus reci
 pimus.

Idem in quodam sermone, de lau-
 dando Deo fide formata.

Veremini mensam hanc: cuius omnes
 sumus participes: qua de super victima il-
 la iacet, Christus scilicet.

Christus ia
 cet super
 mensa.

Theophylactus in 1. Epist. ad
 Corinth. cap. 11.

Vt intelligas vel hodierno die, super
 mystica mensa, hunc ipsum adesse, Chri-
 stum, qui non secus, ac tunc mysteria tra-
 dit.

Christus ad
 huc hodie p̄
 sens cœnam
 tradit.

Idem in 14. cap. Marci.

Confundantur hoc loco: qui pauperes
 Christo præferunt. Audiui enim ego au-
 rifabros dicentes: quòd si ego dissectum
 sacrum vas dem pauperibus: & ego viz
 uam; nec condemner. Audiant igitur,
 quomo-

Christi corpus est in disco aureo positum, sanguis in poculo. quomodo Christus praeferat sui curam pauperibus. Christi autem corpus proprie quod in DISCO aureo: & sanguis, qui in poculo. Qui igitur abstulerit discum preciosum: & cogit, ut corpus Christi in VILIORI ponatur, praetercesses, scilicet, pauperes: sciat, cuius partis sit.

Cyrillus lib. 4. in 13. cap. Ioan.

Carnem Christi gustamus.

Quod si solo tactu Christi, corrupta redintegrantur: quomodo non viuemus: qui carnem illam GUSTAMVS, & manducamus?

Regem excipimus, per communionem.

Sanguinem eius gustamus.

Chrysostomus in Orat. de beato Philogonio.
Habet quis inimicum: grauius lesus est: soluat similitatem. Regem enim EXCEPTVRVS est per communionem.
Idem in 11. cap. 1. ad Corinth. Sanguinem gustasti Dominicum: & fratrem tuum non agnoscis.
Idem Homil. 60. ad populum Antiochenum.

Quod

Quod nunc dicunt: vellem ipsius formam aspicere, figuram, vestimenta, calceamenta: Ecce eum VIDES, ipsum TANGIS: ipsum MANDUCAS: & in quidem vestimenta videre cupis. Ipse vero tibi concedit, non tantum VIDERE: verum & manducare, & TANGERE, & INTRA TE suscipere.

Eum videmus, tangimus, manducamus, intra nos suscipimus

Idem, in cap. 11. ep. 1. ad Cor.

Hæc facis, ea præsertim die, qua carnem eius LINGVA contingere dignus effectus es.

Carnē eius lingua contingimus.

Homil. 11. ad populum.

Quomodo mirabilibus communicabimus mysterijs LINGVA illa, qua animam contaminauerimus? Si nemo nancq puram regiam manibus accipere inquit natis auderet: quomodo Dominicum corpus LINGVA polluta suscipiemus?

Lingua suscipimus corpus Dominicum.

Homil. 21.

Etenim perniciosum est: tam tremenda ministrantem mysterijs, LINGVAM sanguine tali PURPURATAM, ad con-

Lingua sanguine Christi purpuratur.

uicia,

uicia, & cōtumelias, & similitates trans-
ferre.

In sermone de Eucharistia.

Sanguinē
labijs acci-
pimus.

Reputate salutarem sanguinem, qua-
si è diuino, & impolluto latere effluere:
& ita approximantes, puris LABIIS
accipite.

Theophylactus in cap. 13.

2. Epistolæ ad Corinth.

Per os Chri- os quidem, quod est huius templi vestibuli
stus ingre- lum, deosculamur: per id ipsum præterea
ditur.

Christus INGREDITUR: cum sacro-
sanctum sumitur corpus.

Os sanctifi-
catur ex

In 3. cap. ad Coloss.

Dominici
corporis cō-
munionē.

Idē os Chri-
stū suscipit

Sanguis e-
ius in ora
funditur.

Apertè, vestro ore, dixit: id est, quod
ex Dominici corporis communionē san-
ctificatum est. Absurdum itaq; vt OS il-
lud, sermonis fæditate cōquinetur: quod
Christum SVSCIPIT.

Gregorius lib. 4. Dialog.

Eius quippe caro ibi sumitur, cuius
sanguis iam non in manus infidelium: sed
in ORA fidelium funditur.

Am

Ambrosius ad Theodosium Imperatorem, vt est apud Theodoretum lib. 5. cap. 18.

Quomodo huiusmodi MANIBVS suscipies sanctum Domini corpus? qua te-
meritate ORE TV poculum sanguinis preciosi percipies: qui per iracundiam tantum innoxij sanguinis effuderis?

Manibus suscipimus corpus Domini: ore percipimus sanguinem

Basilius.

Quod si in immundicia constitutus, tam terribile iudicium habet: quanto magis, qui, cum in peccato sit, corpus Domini CONTINGERE audet, grauius sibi accersit iudicium?

Corpus Domini contingimus.

Cyprianus in sermone de lapsis.

Spretis his omnibus, atq; contemptis: Vis corpori eius, & sanguini eius. Plus modo in Dominum, manibus, atq; ORE delinquunt: quam cum Dominum negauerunt. Iacens stantibus, & integris vulneratus minatur: & quod non

Vis corpori & sanguini infertur

V Statim

Corpus Do-
mini mani-
bus accipi-
tur: ore san-
guis eius bi-
bitur.

statim Domini CORPVS inquinati-
MANIBVS accipiunt: aut ORE polluto,
Domini sanguinem bibat, sacerdotibus
sacrilegus irascitur.

Caput XXXVIII.

Huc pertinet locus ille Chry-
sostomi, *ὡς ἰεροσολῶν.*

Christus de-
tinetur ma-
nibus, &
circunda-
tur comple-
xibus.

O ingens miraculum, & magnā Dei
beneuolentiā erga nos. Is qui sedet supra
cum Patre, illa hora omnium DETINE-
TUR MANIBVS, & dat se volenti-
bus CIRCVDARE, & COMPLE-
CTI.

Hic Canon
Niceni Con-
cilij nō extat
in vulgatis co-
dicibus.

Item Nicenus Canon: qui ta-
men non habetur in Ecclesiastica
historia.

Panis, &
poculū pro
ponitur in
cæna, non
transele-
mentatur.

Iterum etiam hic, in diuina mensa, ne
humiliter intenti simus ad propositū pa-
nem, & poculum: sed exaltata mente, fide
consideremus SITVM esse in sancta il-
la mensa AGNVM DEI, tollentem
pecca-

peccatum mundi: qui non victimarum more, a sacerdotibus sacrificatur: & nos VE-
RE preciosum illius CORPVS, & san-
guinem SVMENTES, credamus, hæc
esse nostræ resurrectionis symbola. Nam
propter hoc, neq; multum accipimus: sed
parum. Vt sciamus, quod hæc non satie-
tati, sed sanctimonie seruiant.

In sacra
mensa situs
est agnus
Dei.

Eius cor-
pus, & san-
guis sumi-
tur.

Græcè sic se habet.

Επι τῆς θείας τραπέζης πάλιν καὶ ἡ ταπεινὴ
ταῦθα, μὴ τῷ προσέχοντι ἄρτω, καὶ τῷ προσέχεια.
ποτηρίῳ ΤΑΠΕΙΝΩΣ προσέχοντι:
ἀλλ' ἰψώσαντες τὴν διάνοιαν,
ἀλλ' ἰψώσαντες τὴν διάνοιαν,
πίσι νοήσαντες, καὶ οὕτως ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκεί-
νης τραπέζης τὸ ἄμικτον ἔσθου τὸν αἶροντα
τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀθύτως ὑπὸ τῆ
ἱερῶν θυόδμον, καὶ τὸ τίμιον αὐτὸ σῶμα,
καὶ αἷμα ἀληθῶς λαμβάνοντες, ἡμᾶς πι-
πείν ταῦτα εἶναι τὰ τῆς ἡμετέρας ἀνα-
στάσεως σύμβολα. Διὰ τοῦτο γὰρ ἔτε πι-
πείν λαμβάνοντες, ἀλλ' ὀλίγον: ἵνα γινώσκοντες,
ἐπὶ καὶ εἰς πλησμονὴν, ἀλλ' εἰς ἀγιασμόν.

Incruento
sacrificio of-
fertur agnus
Dei, in sac-
ra mensa.

Sunt qui nobis ut contrarios istos lo-

cos, opponunt, sed ineptè. Non enim ad-
 uersantur nostræ sententiæ: quin eam po-
 tius confirmant, atque illustant. Nam
 Chrysostomus ingens miraculum esse di-
 cit: Christum, qui cum Patre supra (non
 localiter, & immensa à nobis distantia)
 sedet: illa quoq; hora, simul, eodemq; tem-
 pore, omnium (communicantium) mani-
 bus detineri, & se dare nobis complecten-
 dum. Maximum hoc θαῦμα est: Christum
 sedere, humana sua natura, ad dextram
 Patris: eiusdem, cum Patre, Verbo, &
 Spiritu sancto, esse potentia, & maiesta-
 tis: regnare cum Deo æquali gloria. Mi-
 raculum etiam ingens est, eundem simul
 in cælo esse, & hic nobiscum in terris: ubi
 cæna manibus dispensatur, & sumitur e-
 denda. Neq; verò pugnant ista: Christus
 est cum Patre: & Christus est in cæna in
 nostris manibus, & in nostro quasi com-
 plexu. Imò, quia sedet ad dextram Pa-
 tris: sequitur eius regnum ubiq; diffu-
 sum esse: propterea quòd Pater, eiusq; de-
 xtra,

ΜΕΓΙΣΤΟΝ
 ΘΑΥΜΑ.

Regnum
 Christi re-
 gis est ubiq;
 diffusum.

extra, & regnum est $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\varsigma\ \chi\omicron\delta\ \gamma\eta\varsigma$, $\chi\epsilon\ \epsilon\gamma\gamma\omega\tilde{\upsilon}$. Etsi enim Pater sit ubiq^{ue} gentiū,
 & terrarum: tamen non deserit ideo cœ-
 lum: cum nunquam sit extra cœlum. Iu-
 sta illud: Pater noster, qui es in cœlis.
 Itaq^{ue} Filius totus Deus, & homo, est in
 cœlo: est enim apud patrem: imò est in Pa-
 tre. Eamq^{ue} ob causam, etiamsi in cœna hic
 in terris sit, ut est: tamen non deserit cœ-
 lum: quia Patrem, qui in ipso est, non de-
 serit. Unde perperam definiunt aduersa-
 rij cœlum, demonstratione loci supra nos.
 Sic enim $\delta\ \acute{\alpha}\nu\omega$, supra, localiter interpre-
 tantur. Quasi verò sublimitas illa, &
 exaltatio Christi hominis consistat in lo-
 ci mutatione: seu eius ex inferiore in su-
 periores locum translatione: & non po-
 tius in potentia, gloria, & gubernatione
 equali. Nisi quis in specula aliqua excu-
 bitor æditore, maiore sit dignitate, &
 amplitudine præditus, rege, aut principe
 viro: qui sæpe est in loco humiliore, & in-
 feriore. Quòd autem Chrysostomus per

τὸ ἄνω, non intelligat cælum illud Cri-
 glianum, inde apparet: quòd eum ne-
 quaquam immenso à nobis, qui in terris
 peregrinamur, interuallo collocat: ibiq;
 monstrando cælos superiores, tantum es-
 se dicit (nam & ibi est, cum sit ubiq; præ-
 sens omnibus rebus conditis) sed eum
 MANIBVS nostris detineri pronunci-
 at: dareq; se VOLENTIBVS (commu-
 nicare scilicet) circumdare, atq; comple-
 cti. Non, inquit, panis & poculum detine-
 rentur manibus nostris, & circumdatur
 à nobis amplexu. Etsi enim panis detine-
 tur manibus cœnantium: tamen is panis
 est: qui est corpus Christi: poculū id, quod
 est sanguis Christi. Non igitur loquitur
 de symbolis: quæ non sedent supra cum
 Patre: sed loquitur de homine Christo, ad
 dextram Dei exaltato, & collocato: ut
 regnum eius sit ubiq; diffusum: quod non,
 ut mundanum, administratur tantū au-
 toritate: verum etiam præsentia. quod
 regnum est perfectissimum, quia non hu-
 manum,

manum, sed diuinum: non terrenum, sed celeste. Non igitur vel sibi, in alijs locis, contrarius est Chrysostomus, vel nostræ doctrinæ: quam præ cæteris Patribus hic eloquentissimus, & ornatissimus scriptor Ecclesiasticus, explicat, illustrat, atq; exornat, aduersatur. Multò certè minus confessioni Augustanæ Principum repugnat Canon Nicenus. Hic enim disertè affirmat: in mensa diuina cœnæ Dominiæ (non inquit in cælo isto Vranoplastrarum) iacere, atq; propositum esse Agnum Dei tollentem peccata mundi: Is autem Ἀγνός est Christus, qui pro nobis, in crucis ara, immolatus est. In sancta illa mensa, inquit, κείνῃ: nō vt victimarū more à sacerdotibus sacrificetur: sed vt preciosum illius corpus, & sanguinem sumamus, quod fit manducatione, & potu. Itaq; certissima sunt pignora, & testimonia resurrectionis nostrorum corporum: quæ carne, & sanguine Christi, in cœna, saginantur, & nutriuntur ad vitam æ-

Canon Ni-
cenus non
pugnat eū
decimo artī
culo Augu-
stane con-
fessionis, e-
iusq; Apo-
logia.

ternam. Itaq, non debemus esse humili-
 ter intenti, ταπεινῶς θεωροῦμεν: ut
 tantum intenti simus elementis externis,
 & uisibilibus: quod Sacramentarij faci-
 unt: qui in cœna panem tantum, & uinum
 habent: corpus autē, & sanguinem Chri-
 sti, in cœlo remotissimo à cœna, relinquunt.
 sed debemus, ut requirit Canon ille Nice-
 nus, ὑψωσθαι adferre τῆς διαvoίας: quæ
 non est mentis, aut cogitationis eleuatio:
 qua anima, aut fides, aut speculatio at-
 tollatur, & erigatur sursum localiter, ut
 tra, & supra nubes, & omnes sphaeras cœ-
 lestes, ad Christum hominem sedentem, &
 manentem in cœlo nouo, & inaudito: sed
 est, qua mente, non terrenis rebus tantū
 inhaerem⁹: uerū etiā Christi uerbis, & cœ-
 lestibus donis sumus intēti, corpori, nimi-
 rum, & sanguini Christi: quæ ab his ele-
 mentis discernere oportet, non locorum
 distantia: sed naturæ excellentia. Id au-
 tem non fit sensibus: qui nihil aliud con-
 siderant. atq, percipiunt: quàm panem, &
 uinum:

ὑψωσθαι τῆς
 διαvoίας
 quid.

vinum: sed fit contemplatione fidei, νοήσας
 ἢ πίστεως. Neq. n. ratione, sed fide statui-
 mus, situm esse in sancta illa mensa Agnū
 Dei, tollentē peccatum mundi. Credimus
 inquā, ppter verbū: Hoc est corpus meū,
 hoc est sanguis meus: καὶ ὁ Θεὸς ἐπεὶ ἐ-
 κείνους ἔταπείνωσεν (nō dicit, iacere, aut am-
 bulare in cælo Empyreo) positum, inquā,
 dicit esse super sacra mensa Agnū Dei.
 Neq. hoc tantum credimus: sed etiam
 VERE, ἀληθῶς, (non δοξασῶς, aut
 φανταστικῶς) preciosum illius corpus, &
 sanguinem sumimus, seu manducamus,
 & bibimus. Non inquit, τίμιον αὐτῶ σῶ-
 μα, καὶ αἷμα, credimus, sed sumimus, quod
 εἶναι λαμβάνειν, ἢ γοῶν ἐοδίην, καὶ πίνην.

Quamobrem idem nobiscum senserunt
 sancti Patres Niceæ congregati.

Hæc illi. Ad alterum igitur genus se-
 cunde speciei transeamus.

Caput XXXIX.

ΠΑΘΟΣ, ΜΟΤΥΣ,
aut perturbatio.

Genera affectuum præcipua sunt:
letitia, spes, tristitia, & metus. Ita
que huc pertinent illa Christi dicta:

Επιθυμία ἐπεθύμησα τῆτο τὸ φαγεῖν,
μετ' ὑμῶν, πρὸ τῆ με φαθεῖν.
Desiderio desideravi hoc Pascha edere
vobiscum, antequam patiar. Luc. 22.

Item,

Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχὴ μου ἕως θανάτου.
Mæsta est anima mea vsq; ad mortem.
Matth. 26. Marc. 14.

Et,

καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τῆ προσδουχῆς, ἐλθὼν
πρὸς τοὺ μαθητὰς αὐτοῦ, ἔβρον αὐτῶν
κοιμωμένους ἀπὸ τῆ λύπης. Et cum sur-
rexisset à deprecatione: venissetq; ad
discipulos suos: reperit eos dormientes,
præ mæstitudine. Luc. 22.

Refer hinc
verba ἐπιθυ-
μητικὰ, desi-
deratiua.
vt est illud
Quod si q; s
esurit: do-
mi edat.

Ergo inter spem, & metum, letitiam,
& tristitiam dubij versabantur Christi
Discipuli.

Qualitatis species quarta,
Figura, & Forma.

Potest & figura hic considerari: quam
 ἔμφα nominat Mathematici. Et quan-
 quam eam propriè animo, & mente con-
 cipimus, & contemplamur, hoc est, per
 se, abstractam à substantia: tamen spe-
 ctatur etiam in re aliqua subiecta: ac tū
 oculis cernitur. Verum in Sacramenta-
 ria causa, nihil adfert momenti ad cœnæ
 naturam constituendam: sed pertinet ad
 illa, quæ à διάφορα, seu res indifferentes
 etq; medias nominant: in quibus conces-
 sa nobis est libertas. Itaq; ut nihil condu-
 cit ad sacramenti ἁγιάν, sic ei nihil adi-
 mit figura, vel templi, vel mensæ, seu al-
 taris, vel panis, vel deniq; calicis. Primâ
 cœnam ipse Christus peregit, cum suis A-
 postolis, in triclinio, vel cœnaculo patris-
 familiâs, magno, strato, parato: idq; fecit,
 quando discubuit cum discipulis in men-
 sa. Ex quibus figura aliqua non sciri, sed
 cogitari potest. Itaq; pingitur, vel rotun-
 da,

da, κυκλοδής, vel angulis quatuor præ-
 dita, τετράγωνος mensæ illius figura.
 Reliquæ cœnæ, in publicis locis, atq; in
 Ecclesijs celebratæ sunt: quæ templa di-
 cuntur: quacunq; autē fuerint, aut sint fi-
 gura, nihil refert. Mensæ in his non sunt
 omnino ea figura: qua eæ, quibus in edi-
 bus privatis utimur, in prandendo, & cœ-
 nando. Sed sunt plerunq; lapideæ, lignæ
 etiam nonnullæ: altiores communibus
 mensis: non ἰσόπλευροι, sed ἀνισόπλευ-
 ροι, ἑτερομήκεις, & ὀρθογώνιοι: & tamen
 τραπεζίον in his est χῆμα. Ut igitur ma-
 teria earum, nihil facit ad sacramenti ra-
 tionem: ita nec figura quicquam ad eam
 affert adiumenti. Quamobrem cum Chri-
 stianis sua sit in huiusmodi rebus permis-
 sa libertas: ridiculi sunt fanatici homi-
 nes: qui dum substantiam cœnæ labefa-
 ctant: etiam de rebus istis indifferentibus
 rixantur. Alij templa, quibus in Papatu
 usus fuit populus, diruenda censent: ad
 omnia vestigia Ecclesiæ veteris delenda.
 Alij

Alij in horum loca, noua quadam figura
 præditas ædes sacras extrui volunt.
 Alij à veteribus appellationibus, tanquã
 ab Idolis, abhorrent: vt nec templa, nec
 Ecclesias (sæc. Kirchen) appellanda
 sint deinceps. Sunt qui & materia, & fi-
 gura poculum, seu calicem Ecclesiasticũ,
 à veteri distinguant. Itaq; alij ligneos cra-
 teras statuunt: & vina coronãt, in his, di-
 uersa quadam figura poculis. Mirum,
 quod nõ vtuntur vitreis: vt veteres qui-
 dam fecerunt. Nam in canistro corpus,
 in vitro, sanguinem Christi portabant.
 Existens fortassis aliquando nonnulli fa-
 natici, rerum nouarum, & inanis glorio-
 le cupidi: τῶν ἐπόται τῶν εἰωθότων: qui
 suorum magistrorũ has mensas, in alias
 figuras transformabunt, τριγώνους, ῥομβο-
 ῦς, ἢ ὁμοῦς, aut similes: quas à Geometris
 suis isti ἀνομιέται, vel cælorum ar-
 chitecti, mutuabunt. Iam, multi Enthu-
 siastæ rixantur de lana caprina, quod ai-
 unt, seu de figura panis, quem magnum,
 & cras-

Epiphanius Episcopus Salaminæ in Cipro floruit circa annū Christi 370. sub Valente, & Valentiniano.

& crassum, isti subtiles spiritus, ὄνοι πνεύμα λύγων, esse volunt: & veteris Ecclesiæ ἄριστον τροφικὸν δὴν reijciunt, ac condemnant, tanquam à Papistis excogitatum: cū tamen ipsimet nesciant, qua figura vñ sint Apostolorum successores, in primitiua Ecclesia. Certè panis forma, ut Epiphanius inquit, de cœna, ἐστὶ τροφικὸν δὴν, rotunda. Itaq; nō est à Pontificibus Romanis introducta. Locum vñum Epiphaniij tantūm subijciam. Sic igitur scribit, in Ancyrato sermone: Et gratias agens, dixit: Hoc meum est hoc, & videmus, quòd nec æquale, nec simile sit, neq; corporeæ imagini: neq; invisibili diuinitati: nec lineamentis membrorum. Hoc enim rotundum, quòd, & quantū ad vim attinet, sensus est expers. Et voluit gratia dicere, Hoc meum est hoc. Ac nemo diffidit sermoni. Qui n. non credit EVM ESSE VERACEM, quem edmodum dixit: excidit gratia, & salute. Hæc ille. Vult igitur, vt Christo assentiamur: ac oppo-

opponit fidem externæ experientiæ, ver-
 bis Christi repugnanti. Panis, inquit,
 fragmentum, nullo modo est simile, vel
 diuina, vel humana, in Christo, naturæ.
 Nulla enim videntur membrorum eius,
 in pane, qui sensus ex pers est, lineamen-
 ta: sed est tantum $\sigma\rho\upsilon\lambda\omicron\epsilon\iota\delta\eta\varsigma$, rotun-
 dus. Quamquam igitur Christi corpus non
 conspicitur: eiusq; species est planè diuer-
 sa: tamen, quia est verax, credendum est
 eius verbo, Hoc est corpus meum, Hoc
 est sanguis meus: nisi quis gratia, & salu-
 te velit excidere: quantumuis aliud vi-
 deamus, & experiamur. Quod .n. panis
 sit $\sigma\rho\upsilon\lambda\omicron$, rotundæ figuræ, & sensu
 nullo præditus, corporis deniq; alimentû,
 experientia testatur. Ita sine fide intel-
 ligi potest, corpus Christi finitum esse, i-
 deoq; certo loco cæli circumscriptum. Nō
 igitur flagitaret fidem: si Christi corpus
 non esset in cœna panis. Sed quia vrget
 tantopere fidem: manifestum certè est: pa-
 nem esse corpus Christi. Ac nisi creda-

Lib. 3.

mus Dominum in hoc sermone veracem esse, excidimus gratia. Quae causa est: ut idem scribat: Cibus quidem est panis: sed vis est in ipso (pane) ad viuificationem, καὶ βρωσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δυνάμις ἐν αὐτῷ, εἰς ζωογόνησιν. Id est (quemadmodum loquuntur Protestantium Theologi, in scripto oblato Friderico Electori Palatino, in Comitibus Ratisbonensibus, anno XL.) sed in eo est corpus Christi. Huic subscripserunt, Philippus Melanthon, Martinus BVCERVS, & Ioannes Pistorius.

Figura est
verbū διτ-
τόν.

Ceterum obseruent hic studiosi, nomē figurae ὁμώνυμον, ambiguum esse. Nam significat aut formam, aut lineamenta substantiae: ut in hoc praedicamento. Quae ratione, panis, cum sit, ut diximus σπογυλοφθής: non est corporis Christi species. Aut idem valet, quod τύπος, ἀντίτυπον, σύμβολον, aut signum: sed tū refertur ad sequentem categoriam. Est enim figura rei alicuius figuratae figura. Tertullianus
Afer,

Afer, Carthaginensis Ecclesiæ præbyter, floruit circa annum Domini 200. sub nomine figura. Tertullianus utitur nomine figura. Seuero Pertinace. Itaque inter Latinos Scriptores Ecclesiasticos est vetustissimus. Vtitur ille quidem, ubi de cœna Domini differit, nomine FIGURAE: veruntamen non ut Sacramentarij faciunt, pro corporis Christi absentis à pane, sed pro præsentis Christi carnis figura. Sentit enim idem, quod nos sentimus, de præsentia corporis, & sanguinis Christi, in panis esu, & vini potu. Id quod ex his eius locis perspicuum est. Sic enim in resurrectione carnis, loquitur. Caro ungitur: ut anima consecretur. CARO corporis, & sanguine Christi vescitur: ut & anima de Deo saginetur. Sentit igitur: non sola fides quæ animæ est, eiusque veluti os, edi corpus Christi: sed etiam ore corporis. Caro enim, inquit, corpore, & sanguine Christi vescitur. Idem in lib. de Oratione: Panis est Sermo Dei viui: qui descendit de cœlis. Tum quod & corpus eius IN

Caro vescitur corpore
& sanguine Christi.

Christus est panis, qui de cœlo descendit.
Ioan. 6.

PANE censetur, hoc est corpus meum.
 Ex quibus locis apparet: eum idem sentire, in quarto libro, contra Marcionem.
 Sic enim ibi scribit: Professus itaque (Christus) se concupiscentia concupisse edere Pascha: acceptum panem, & distributum discipulis, CORPVS suum illum **E-CIT**, Hoc est corpus meum dicendo, id est, **FIGVRA** corporis mei. Figura autem non fuisset: nisi veritatis esset corpus. Ceterum vacua res, quod **Φάσμα** quae est figuram capere non potest. Hactenus Tertullianus: quem hoc in loco, patet figuram accipere pro typo, vel symbolo. Manifestum quoque fit, quid ipse, & Ecclesia eius temporis, crediderit de Eucharistia. Certè diuersum omnino sentit à Sacramentarijs. Sic enim ibidem scribit: Ita nunc **SANGVINEM** suum **IN VINO** consecrauit. Supra testimonia eius citauimus, de praesentia corporis Christi in sacra caena. **CARO**, inquit, corpore, & sanguine vescitur. Item, cor-
 pus

pus eius IN pane censetur. Verumenim-
 vero: vt Calvinistas, & Zuinglianos con-
 futat: sic refellit Papistarum impium, &
 idolatricum commentum, de panis con-
 uersione, vel μεταβολῆ, seu transsubstan-
 tiatione, in corpus Christi. Nam si dixis-
 set simpliciter: Acceptum panem, & di-
 stributum discipulis, Corpus suum illum
 RECIT: manifestum extaret in illo,
 vestigium τῆ μεταστοιχείωσεως. Nunc ve-
 ro loquitur cum adiectione: Hoc est cor-
 pus meum dicendo, id est, figura corporis
 mei. Figura autem non fuisset: nisi veri-
 tatis esset corpus. Caterum vacua res,
 quod Φάντασμα est, figuram capere non
 posset. Hac ille. Ex quo perspicitur, Ter-
 tullianum non intelligere per panem, li-
 neamenta substantiæ corporis Christi.
 quod sit, vt Epiphanius inquit, στοιχο-
 λουδῆς. Exponit enim, ac declarat, quo-
 modo panis sit corpus Christi: nempe, &
 sit species, sub qua est corpus Christi: das
 es sey die gestalt / darunder der leib

Christi sep. *Vi D. Lutherus scribit. Intel-*
ligit igitur τόπον, seu symbolum re-
presentans, & offerens, seu distribuens cor-
pus Christi, non absens à cœna, sed præ-
sens. Figura enim non fuisset: nisi corpus
VERITATIS, vel ut Theodoretus lo-
 quitur, ὄν τὸ σῶμα, fuisset. Idque lo-
 quitur ex natura relatiuorum: quorum
 si vnum tollitur: necesse est, ut alterum
 quoq; suum nomen amittat. Figura igitur
 est figuratæ rei figura. Panis est figura
 rei suæ figuratæ: quam nominat
 corpus veritatis, seu corpus Christi. Pro-
 inde τὸ πρὸς τι, relatiuum est figura, τὸ
 πρὸς τὸ ἀντιπέφρον, correlatiuum, & fun-
 damentum, ut Dialectici loquuntur, est
 corpus Christi præsens, quod distribuitur:
 terminus est, panem esse huius symboli,
 aut signum, non adumbrans corpus Veri-
 tatis, seu res signatas absentes, & alibi,
 quàm in cœna existentes, sed exhibens, &
 offerēs illas ipsas præsentis, in hac actione,
 seu κοινωνία, quæ est & communica-
 tio,

tio, & sumptio. Quòd si corpus esset ab-
 sens: nequaquam eius figura esse posset
 hic panis. Αναρεθέρτ & ὁ ἐνὸς τῆς πρὸς-
 τῆς ἀναρεθέρτ, ἢ Ἰάτερον. Itaq; Tertul-
 liano, vtrumq; rerum genus præsens est,
 in cœna, citra transelementationem: vt
 corpus, & sanguis Christi, vnà cum ap-
 parentibus, & sensui subiectis signis ve-
 re, & substantialiter adsint, dentur, &
 sumantur in esu, & potu. Consentit cum Theodo-
 hoc Episcopo Theodoretus: qui Dial. 1. retus.
 sic scribit: Deus symbola conspicua hono-
 rauit, appellatione corporis, & sangui-
 nis: non mutans naturam (Φύσιν ἔμε-
 τὰ βαλῶν) sed GRATIAM naturæ ap-
 ponens. Idem Dialogo 2. Sacramentalia
 inquit, symbola, sunt signa, seu testimo-
 nia corporis, & sanguinis Dominici, τοῦ
 ὄντος & reuera existentis: Et paulò post,
 Panis, inquit, est panis: vinum est vinum
 ante consecrationem: post consecrationem
 verò, non simpliciter, panis est panis: sed
 prædico de pane: quòd SIT corpus Chri-
 sti:

sti: & de vino, quòd sit sanguis Christi.
 Et Credo me manducare, seu acci-
 pere corpus, & sanguinem Christi.

Theophyla-
 eti loca.

Hic tamen perpendantur illa, qua
 Theophylactus scribit in 26. caput Mat-
 thei. Porrò dicēs, Hoc est corpus meum,
 ostendit, quòd ipsum corpus Domini est
 panis, qui sanctificatur in altario, & non
 ἀλίτυπον, respondens figura. Non enim
 dixit, hoc est FIGURA: sed, hoc est cor-

Vestigia
 transsub-
 stantiatio-
 nis apud
 Theophy-
 lactum.

pus meum. Ineffabili enim gratia trans-
 formatur: etiamsi nobis videatur panis.
 Quoniam infirmi sumus: & abhorremus
 crudas carnes comedere: maxime homi-
 nis carnem. Et ideo panis quidem appa-
 ret: sed caro est. Et in cap. 6. Ioannis.
 Attende autē, quòd panis qui à nobis in
 mysterio manducatur, non est tantum
 FIGURATIO quaedam carnis Domi-
 ni: sed caro ipsa Domini. Non enim di-
 xit: panis, quem ego dabo, FIGURA est
 carnis: sed caro mea est. Et quomodo in-
 quit, non APPARET vobis caro, sed pa-
 nis?

nis? Ut nō abhorreamus ab esu eius. Nā siquidem caro apparuisset: insuauiter affecti essemus erga communionem. Nunc autem condescendente. (συγκαταβάσας, ἡμῶν νοσήσας) Domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus cibus: qualibus alioquin assueti sumus. Vnde Bernardus de cœna Domini, inquit: Hostia quam vides, iam non est panis: sed caro mea, quæ pependit in cruce, pro mundi vita. Videtur SPECIES panis, & vini: creditur autem SUBSTANTIA corporis, & sanguinis Christi. Tria quippe in Sacramento altaris attendere debes: speciem panis: veritatem carnis: virtutem gratiæ spiritualis. Quod videmus, species est panis, & vini: quod sub illa specie credimus: verum est corpus, & verus sanguis Christi: quod pependit in cruce: & qui fluxit de latere. Sed de symbolis, vel Sacramentalibus signis, quæ sunt aliorum, ἐν τοῖς πηλοῖς τι.

Bernardi
locus:

Caput XL.

DE FORMA.

Restat igitur ἡ μορφή, Forma postrema species Qualitatis. Ea præcipuè spectatur in reb. quæ anima, sensu sunt præditæ: est igitur hominum, & cæterorum animantium. Hic autē Christi seruatoris nostri dulcissimam formam, effigiemq; consideremus: qua hic in terris visibiliter conuersatus est. Eam describunt tum alij: tum Nicephorus, in Ecclesiastica sua historia, ad hunc modum. Porro effigies formæ Domini nostri Iesu Christi, sicuti à veterib. accepimus, talis erat præmodū, quatenus eam crassius verbis comprehendere licet, ὡς ἐν τύπῳ περιλαβεῖν. Egregio is, viuidoq; vultu fuit, ὡς αἶος τὸ ὄψιν σφόδρα: corporis statura ad palmos prorsus septem. Casariem habuit suffluam, ac non admodum densam: leuiter quodammodo ad crissos declinantem: supercilia nigra, non perinde inflexa. Ex oculis subflauescentibus, mirifica pro-

διαπλασις τῆς
μορφῆς τοῦ
κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ

ἡ ἰλικία, ἡ ἀν-
αδραμὴ τοῦ
σώματος
αὐτοῦ.

ἡ θρησκεία.

promine-

minebat gratia. Acres illi erant: & nasus longior. Barbæ capillus flauus, nec admodum demissus. Capitis porrò capillos habebat plixiores. Nouacula. n. in caput eius non descendit: neq; manus aliqua hominis, præterquam matris, in tenera duntaxat ætate eius. Collum fuit sensim declinans: ita vt non arduo, & extento nimium corporis statu esset. Porrò frumenti refertens colorem, non rotundam, aut acutam habuit faciem: sed qualis matris eius erat. paulum deorsum versus vergentem, ac modicè rubicundum. Gravitate, atq; prudentiã, cum lenitate coniunctã, placabilitatemq; iracundiæ expertẽ, p̄ferentẽ. Persimilis deniq; p̄ omnia fuit diuinæ, & immaculatæ suæ genetrici. Hæc Nicephorus. Idem scriptor ex Epiphanio lib. 2. cap. 23. Dei genetricis Mariæ, formã, staturam, & mores describit.

De eadẽ effigie Christi, ex Lentuli Hierosolymitanorum Præsidis, ad S. P. Q. Romanum Epistola.

οὐ φρον,
οὐ δ' ὀφθαλμοὶ
ἢ ἐπίρρινον.
ἢ πώγων.

ἢ ἡρῆμα.

τὸ χροῖμα.

ἢ ὄψις.

τὸ ἦθος σιμ
μὸν, συνε
τὸν, ἡμεροῦ,
ἢ τὸ καθάπερ
ἀόργητον.

Statura fuit procera, spectabilis, vultum habens venerabilem: quem intuentes possint & diligere, & formidare. Capillos verò circinos, & crissos, aliquantulum celuriores, & fulgentiores ab humeris volitantes: discrimen habens in medio capitis: iuxta morem Nazarenorum. Frontem planam, & serenissimam, cum facie sine ruga, & macula: quam rubor moderatus venustat. Nasi, & oris nulla prorsus est reprehensio: barbam habens copiosam, & rubram, capillorum colore, non longam, sed bifurcatam. Oculis varijs, & claris existentibus. In increpatione terribilis: in admonitione placidus, & amabilis, hilaris, servata gravitate: qui nūquam visus est ridere: flere autem sepe. Sic in statura corporis propagatus: manus habens, & membra visu delectabilia. In eloquio gravis, rarus, & modestus, speciosus inter filios hominum.

Ἀλλή μορφή τῆ χειρῶν πά-
χοντ.

Μορφή τῶν

Χριστῶν πά-
χοντ.

χοντ.

Consideretur etiam hic miserabilis fa-
cies innocentissimi Redemptoris nostri :
cuius tristissima est apud Esaiam cap. 53.
descriptio. Locum non possum non ascri-
bere : qui etsi propter Christi παθήματα
est ἐμπαθέστωτος : tamen Evangelicus
est : & omnibus peccatoribus antidotus,
& sacra Anchora. Sic igitur per prophe-
tam dicit Spiritus Sanctus. Quis credi-
dit auditui nostro ? & brachium Domini
cui reuelatum est ? Et ascendet sicut vir-
gultum coram eo : & sicut radix de terra
siccante. Non est species ei, neq; decor, εἶ-
δός, & δὲ δόξα : & vidimus eum : & non
erat aspectus, & δὲ εἶδός, & δὲ κάλλός :
& desiderauimus eum despectum, & no-
uissimum virorum : virum dolorum, &
scientem infirmitatem : & quasi abscon-
ditus vultus eius, & despectus : vnde nec
reputauimus eum. Verè languores nos-
tros ipse tulit : & dolores nostros ipse por-
tauit :

Marc. 9.

Ioan. 12.

Rom. 10.

Marc. 9.

Matth. 8.

2. Pet. 1.

1. Cor. 15.

- tauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatū. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. **DISCIPLINA PACIS NOSTRAE** super eum: & liuore, τὸν μωλοῦν, eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisq; in suam viā declinauit: & in eū posuit Dominus iniquitatē omnium nostrū. Oblatus est, quia ipse voluit: & non aperuit os suum. Sicut ouis, ad occidionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se, obmutescet: & non aperiet os suum. De angustia, & iudicio sublatus est. generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium. propter scelus populi mei percussus eum. Et dabit impios pro sepultura: & diuitem, pro morte sua. Eò quòd iniquitatem non fecerit: neq; dolus fuerit in illius ore. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam: videbit semen longeuum;
- Ioan. 10.
Matt. 26.
Act. 8.
1. Pet. 2.
2. Ioan. 3.

rum: & voluntas Domini in manu eius dirigitur. Pro eo quòd laboravit anima eius: videbit, & saturabitur. In scientia sua iustificavit ipse iustus, seruos meos multos: & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispersit ei plurimos: & fortium dividet spolia. pro eo, quòd tradidit in mortem, animam suam: & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit: & pro transgressoribus rogavit.

Spectant huc cum alijs Psalmi: tum vigesimus primus. In quo Christus se verum mem, non hominem esse dicit, Forma certe patientis Christi ibi graphice depingitur.

Refer huc Chrysostomi locum illum supra citatum. Quòd nunc dicunt: Velle ipsius formam aspicere, figuram, vestimenta, calceamenta. Ecce eum vides: ipsum tangis: ipsum manducas: & tu quidam vestimenta videre cupis. Ipse verò tibi concedit: non tantum videre: verum & manducare, & tangere, & INTRA te suscipere.

Al. iustificabit.

Al. seruos meus.

Matth. 13.

Luce 22.

Marc. 15.

Alia Christi morientis imago, atq; pictura.

Homil. 60. ad populū Antiochenum.

Considerari hoc in loco etiam possunt
 μελαμὸς Φωσις, & συμμὸς Φωσις: qua-
 rum illa Christi fuit: hæc erit nostra. Nā
 si nostra corpora volumus conformia fie-
 ri corpori glorioso Christi: necesse est, ut
 prius conformes fiamus morti eius. Itaq;
 Paulus 3. Philip. Quinetiam arbitror,
 inquit, omnia damnum esse, propter ex-
 cellentiam cognitionis, Ἀγὼ τὸ ἴσχειν
 χον τὴ γνώσεως Christi Iesu Domini mei:
 propter quem omnia pro damnis duxi:
 habeoq; pro reiectamentis: ut Christum
 lucrifaciam, & inueniar in illo, non ha-
 bens meam iustitiam ex lege: sed eam,
 quæ per fidem est Christi: quæ est ex Deo,
 iustitiam in fide: ut cognoscam illum, &
 potentiam resurrectionis illius: & com-
 munionem afflictionum illius: dum con-
 formis fio mortis eius, συμμὸς Φέρει
 τῷ θανάτῳ αὐτοῦ: si quo modo pertingā
 ad resurrectionem mortuorum. Item
 paulò post Nam nostra conuersatio, πο-
 λίτευμα, in cælis est: ex quo & seruato-
 rem

rem expectamus, Dominum nostrum Ie-
 sum Christum: qui μετασχημασίως, trans-
 figurabit corpus nostrum humile, τὸ σῶ-
 μα τὸ ταπεινώσεως ἡμῶν: ut cōforme red-
 dat corpori suo glorioso, εἰς τὸ γενέσθαι
 αὐτὸν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης
 αὐτοῦ: secundum efficaciam, κατὰ τὴν
 ἐνεργεῖαν, qua potest etiam sibi subijcere
 omnia. Gloriosi autem sui corporis spe-
 Luc. 9.
 ciem præbuit in monte Thabor, κατὰ με-
 ταμορφώσιν. Assumptis enim Petro, &
 Iacobo ascendit in montem, ut oraret: &
 facta est, dum oraret, species vultus eius
 alia: τὸ εἶδόν τὸ προσώπιόν αὐτοῦ ἕτερον:
 & vestitus eius candidus, & refulgēs. Et
 ecce duo viri loquebantur cū illo: q̄ erant
 Moses, & Elias: qui visi, ἐν δόξῃ, in ma-
 iestate, dicebant τῷ ἔξοδόν αὐτοῦ, excess-
 sum eius, quem completurus erat Hiero-
 solymis. Petrus autem, & qui cum illo e-
 rant, grauari erant somno. Experrecti
 autem, viderūt maiestatem eius, τῷ δό-
 ξῶν αὐτοῦ: & duos viros, qui stabant cum

eo. Marcus cap. 9. transformationem nominat: καὶ μετεμορφώθη, inquit, ἐμπροσθεν αὐτῶν.

Alia formæ Christi regnantis descriptio.

Extat & illustris Christi descriptio primo capite Apocalypsis Ioannis. Et conuersus sum, inquit Apostolus, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum. Et conuersus, vidi septem candelabra aurea: & in horum medio, vidi similem filio hominis, vestitum veste ad pedes vsq; demissa: & præinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius, & capilli erant candidi, veluti lana alba, & tanquã nix. Et oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius similes chalcolibano: velut in camino ardentes. Et vox illius, tanquã sonitus aquarum multarum. Et habebat in dextra sua stellas septem. Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat. Et facies eius, sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes

Christus est in sua Ecclesia medius.

τὸ ἔνδυμα ποδῶν. ἢ ζώνη χρυσοῦ ἢ κεφαλῆ.

οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ πόδες. ἢ φωνή.

ἢ δεξιὰ, καὶ τὸ σῶμα. Angeli sunt presentes Ecclesie custodes. ἢ ὄψις.

des eius, tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens mihi: Noli timere. Ego sum primus, & nouissimus, & viuens. Et fui mortuus: & ecce sum viuens, in secula seculorum. Amen.

Christus
aeternus, et
uiuens.

Sed hæc hæctenus de forma Christi, quantum ex sacris literis, & Ecclesiasticis historijs colligere potuimus. Refertur ad hanc qualitatis speciem debet insignis

locus Theodoret, refutantis Papistiam transsubstantiationem. Dialog. 2. Neque enim signa mystica post ἀγίασμον, sanctificationem, recedunt de sua natura.

Theodoret
ti locus ad-
uersus trās-
substantia-
tionem.

Manet enim in priori substantia, & FIGURA, & FORMA: & videri, & tangi possunt: sicut panis. Intelliguntur autem ea ESSE, quæ facta sunt. Vnde Irenæus: Eucharistia, inquit, constat duabus rebus: terrena, & cœlesti. Damnanda igitur, & execranda est modis omnibus Idolatrica μεταστοιχείωσις, transelementatio panis in corpus Christi: & vini in sanguinem Christi.

Caput XLI.

Distinctio
verbi ambi-
gui.

Sed observandum hic est: vocabulum
της μορφης quoq; ὁμῶνυμον esse. Nam
aliquādo ad ἑσῖαν refertur: quemadmo-
dum illa in epistola ad Hebræos, capite
primo, χαρακῆς, καὶ ἀπῶγασμα. Sic. n.
de Christi Persona ibi scribit Apostolus:
Qui cum sit ἀπῶγασμα καὶ δόξης, splen-
dor gloriæ, καὶ χαρακῆς καὶ ἰσοσῶσεως
αὐτοῦ, expressa imago substantiæ, vel per-
sonæ Dei Patris ipsius æterni. Nam ad
Locus Pau-
li ad Phi-
lippenses.
μορφῆ θεοῦ.
μορφῆ δέ-
λου.

sonæ Dei Patris ipsius æterni. Nam ad
Philippenses cap. 2. sic legimus de Chri-
sti κενώσθ, ταπεινώσθ, καὶ ὑπακοῆν, καὶ κο-
τρα de eiusdem δόξῃ, καὶ ἰσοψώσθ. In
nim affectus sit in uobis: q̄ fuit καὶ in Chri-
sto Iesu: qui cū esset IN FORMA DEI,
ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων: non rapinam,
ἀρπασμὸν, arbitratus est, τὸ εἶναι ἴσῳ
θεῷ, ut esse æqualis Deo: sed semetipsum
inaniuit, seu euacuavit, ἑαυτὸν ἐκενώσθ,
FORMA SERVI assumpta, μορφῆ δού-
λου λαβὼν: ἐν ὁμοιωμάτι, in similitudi-
ne ho-

ne hominum constitutus: & FIGURA
 repertus ut homo, & cum similitudine iugiter
 ὡς ἄνθρωπος: humilem præbuit semet-
 ipsum. & υπείνωσεν ἑαυτόν: factus obediēs,
 ὑπήκουσεν, usq; ad mortem: mortem autem
 crucis. Quapropter & Deus illum in sum-
 mam extulit sublimitatem, ὑπερέψωσεν
 αὐτόν: & donavit illi NOMEN, quod est
 supra OMNE nomen: ut in nomine Iesu
 omne genu se flectat, cælestium, ac terre-
 strium, & inferorum: omnisq; lingua con-
 fiteatur, quod Dominus sit Iesus Chri-
 stus, ad GLORIAM, eius δόξαν, Dei Pa-
 tris. Hortatur igitur Apostolus Philip-
 penses suos cum ad alias virtutes: tum
 ad τὸ πεινωφροσύνην, humilitatem ani-
 mi. Argumentum ducit ab exemplo Chri-
 sti, per comparationem. Nam si Christus,
 qui fuit in forma Dei, & æqualis Deo, se-
 metipsum non solum inaniuit: ut serui
 formam assumpserit, in similitudine ho-
 minum constitutus, & figura repertus ut
 homo: verumetiam humilem se præbuit,
 Ἦ 2 factus

Ὁμοίωμα ἄν-
 θρώπου.

Σχήμα τοῦ
 ἀνθρώπου.

ὑπερέψωσεν
 τὸν Χριστόν.

κείμενον τοῦ
 Θεοῦ.

1. τὸ ὄνομα
 τὸ ὑπὲρ πάντων
 ὀνομα.

2. ἡ κλίσις
 τῶν γονύων.

3. ἡ ἐξομολόγησις
 τῶν
 γλωσσῶν.

τὸ αὐτὸ, ἢ ἐν
φρονῶν, τὴν
αὐτὴν ἀγά-
πην ἔχεν,
σὺν ψυχῶν
εἶναι μηδὲν
κατ' ἐρίθειαν
ἢ κενολογίαν
ποιῆν, &c.

factus obediens usq; ad mortem crucis:
multò magis vos decet ita esse animatos:
vt similiter affecti sitis, eandem charita-
tem habentes, vnanimēs, idem sentiētes,
nihil per contentionem, aut inanem glo-
riam agentes: sed vt quisque alium se-
præstantiorem existimet: non sua qua-
rat, sed spectet, quæ sunt aliorum.

Quanquam verò hunc locum non ve-
teres tantum, sed recentiores etiam in-
terpretes, sic explicant, vt per μὴ φησὶ
Deo intelligant æternam Christi diuini-
tatem: tamen apparet eum quoq; de ma-
iestate Christi hominis loqui. Æterna e-
nim diuinitas duobus modis considera-
tur in sacris literis. Primum per se abso-
lutè: deinde quæ se communicat non tam
cum alijs rebus ab ipsa conditis: quàm
cum homine Christo: cuius naturam hu-
manam in vnitatem personæ insepara-
bilem assumpsit. Iam verò Paulus non
differit hoc in loco, de diuinitate, seu λό-
γῳ simpliciter: sed consideratione parti-
cipa-

icipationis: quã se cum Christo personali-
 ter coniunxit. Sic enim ait: Christus cum
 esset **I N F O R M A** Dei: non dicit: cum
 esset **F o r m a** Dei. Græci enim $\mu\omicron\sigma\phi\lambda\omega$
 nominant non tantum id, quod est quid-
 dam sua vi, atque natura: sed etiam
 quod se alteri communicat. Extra quam
 participationem, alio appellatur nomi-
 ne, $\epsilon\acute{\iota}\delta\theta\epsilon$: quod exponi solet serè, per $\mu\omicron\sigma$
 $\phi\lambda\omega$. Itaq; aliud est, Esse ipsam formam
 Dei, $\alpha\upsilon\tau\omega\tau\omega\theta\epsilon\omicron\upsilon\mu\omicron\sigma\phi\lambda\omega\epsilon\acute{\iota}\nu\alpha\iota$: ali-
 ud, esse **I N** forma Dei, $\epsilon\upsilon\tau\eta\mu\omicron\sigma\phi\eta\theta\epsilon\omicron\upsilon$
 $\epsilon\acute{\iota}\nu\alpha\iota$. Quorum utrunq; rectè, & verè de
 Christo affirmatur. Nam ut iuxta diui-
 nitatem Christus est $\mu\omicron\sigma\phi\eta\theta\epsilon\omicron\upsilon$: ita iux-
 ta humanitatē, est **I N** forma Dei. Hoc
 est, Diuinitas sic se cum humana Christi
 natura, vniuit, atq; coniunxit: vt eam in
 formam Dei assumpserit. Nam & in ho-
 mine quouis Anima est $\mu\omicron\sigma\phi\eta$, forma i-
 ipsius spiritus, seu verus, viuus, & sua vi
 subsistens spiritus est. Corpus autem est
 in forma, $\epsilon\upsilon\tau\eta\mu\omicron\sigma\phi\eta$, ipsius animæ: vt

Vnio perso-
nalis.

omnes suas actiones exerat per proprium corpus. Hanc expositionem loci precedentis, propter studiosos, libuit ascribere ex Apologia Theologorū Vuirtembergensium: aduersus criminationes, & calumnias mataologorum Heidelbergensium. Sic enim scribunt nostri inter alia: Anima extra corpus est spiritus: & dicitur eidem Θ , species. Sed in corpore dicitur forma, $\mu\omicron\sigma\Phi\eta$, informans corpus. Alia ergo est ratio, & definitio animæ extra corpus, & alia in corpore. Informatio illa, qua anima corpus informat, non est nuda præsentia animæ: sed communicatio suarum potentiarum, quibus corpus informat, ut animæ cooperetur. Ita diuinitas quasi forma est humanitatis assumptæ, animam, & corpus Christi informant: ut diuinitati cooperetur. Sicut enim humanitas hanc maiestatem ex se, aut per se non habet: ita diuinitas, sine illa, nihil operatur. Sed quicquid facit, aut operatur Christus: id nunc facit, secundum vtramq[ue]

tramq; naturam: & non secundum diuinam tantum, vt quidam, sine omni scripturarum testimonio perperam sentiunt, & docent.

Caput XLII.

DE VSV QUALITA-

tis ὕλικῶ, καὶ τοπικῶ.

HÆc categoria materiam quoq; vt superiores, dat locis, qui ad tractandum, illustrandum, aut confirmandum, refellendumq; adhibentur. Inde enim sumuntur genera, differentia, forma, individua: itaq; totum, & partes oriuntur ex qualitate. Vt, virtus, voluntarium, tolerantia, Corinthiorum luxus, & superbia: & horum luxus, atq; fastus, in contemptu Ecclesiæ, & tenuioris fortunæ hominum. Ex eodem etiam fonte scaturiunt propria, vt propria vis, & facultas Christi, & vnicuiusq; rei propria vires, seu φυσικαὶ δυνάμεις. Ergo & causas nobis suppeditat. In quocunq; enim est quædam effici-

endi vis: in eo certè latet causa, que aliquid potest conficere. Ex paribili etiã qualitate sumuntur cause, & effecta. qua enim huius generis sunt, ea vel afficiunt, ac mouent animum. sensus uè animantiũ, vel ab his sunt orta. Tertia, & quarta species genera, differẽtias, formas, & propria, totum etiam, & partes nobis suppeditat. Ex omnibus generibus fluunt similia, & dissimilia, & contraria.

Ἔκτος ἀποβληματικός.

Plurima verò manant ex hoc fonte proposita, vel de genere, vel de proprio, vel definitione, vel de accidente.

Quæstiones generis.

An fides sit qualitas, an relatio? An spes sit virtus? Sit ne Spes, Timor, & Dilectio Dei, virtus, an motus aliquis animi?

Propriũ.

Vtrum Christi corporis, & sanguinis sit propria vis, atq; natura: ut totum vtrumq;

trunqꝫ simul cum diuersis rebus, sumi pos-
 sit ore corporeo, & vtrunqꝫ integrum, nõ
 attritum dentibus, comminutum, corru-
 ptum, & immutatum? Item, num caro
 Christi, & eius sanguis eam habeant na-
 turam: vt cibus, & potus sit, qui non mu-
 tatur à vescente, & bibente: sed qui mu-
 tet, alteret, spiritualemente reddat dignè
 sumentem? An in ventriculo, propria po-
 tentia sit, & naturalis, carnẽ Christi sum-
 ptam ore, conuertendi in chylum, nec ne?
 Vtrum fidei propriũ sit, posse verbo, pro-
 missioniqꝫ, fidere, & acquiescere? Et an
 eius sit proprium officium, & facultas,
 nosce historiam de Christo: an verò huic
 assentiri, atqꝫ, considerare? Vtrum fidei sit
 illa vis propria, vt omnipotens sit, & sibi
 omnia presentia veluti sistat? Et, an
 sit eius proprietates, ascenders in cælum su-
 premum, & animam secum eousqꝫ, subue-
 here, & rapere? An corporis Christi pro-
 prium sit, virtute Spiritus sancti, vigo-
 rem carnis Christi in nos transfundere, &

Caluini
 delirium.

hoc ipso, Christū ad nos descēdere, nec ne?

Definitionis.

Vtrūm fides sit notitia certarum propositionum, quas firma assensione amplectimur, propter asseuerationem Dei? An eadem sit notitia, qua firmo assensu, amplectimur totam doctrinam de Deo, & in hac etiam promissionem reconciliationis, quam apprehendent es, accipimus remissionem peccatorum, fiducia τῆς μετάνοιας, Ἐιξέτου, Filij Dei? Item, Vtrūm fides, ut somniant quidam Sacramentarij, sit habitus actuosus, ἀκίνητος, inimitabilis, qui regio more, longas habeat manus, quibus tanquam alis subuolet sursum in cælum, ab istis hominibus remotissimum, in quo Christum apprehendant stantem, vel sedentem?

Accidentis.

Vtrūm figura panis Eucharistici debeat esse rotunda, an verò angulosa? Et qualis debeat esse calicis, aut mensæ, aut etiam templi figura? Qua figura, aut for
ma

ma ministrorum Ecclesie habitum, aut vestitum esse conueniat? Qua specie, atq; figura humana fuerit Christus hic in terris præditus: & qua sit in vita æterna?

Vsus ὁμοιωτικός, & διαγενικός.

Ad definiendum igitur, & diuidendū hic locus magnum adfert momentum. Id quod ex superioribus intelligi potest.

Vsus ὁμοιωτικός, & διαγενικός.

Qualitatis etiam est, ex ea aliquid simile, vel dissimile rei alteri, dici posse. Itaq; duo ista Dialecticorum, & Philosophorum tanquam ὄργανα, instrumenta, suum ex ea ortū habēt, ἢ ὁμοίᾳ σχέσιν, & ἢ τῆς διαφοράς εὐρείας. Ergo institui hic posset collatio similitudinis, & dissimilitudinis omnium sacramentorum, veteris, & noui testamenti: circumcisionis, & baptismi: esus Manna, potusq; aquæ ex petra, & cæna Domini. Item, considerari hic debet cognatio, & discrimen Sacramen-

eramentorum, & Sacrificiorum: baptis-
mi, & cœnæ Domini. Etsi enim magna
inter illa est affinitas: tamen non sunt
ταῦτα, sed ἄλλα φέροντα. plurimum enim
differunt signis, & rebus signatis, forma,
atq; ritu, & utriq; suæ sunt proprietates:
tamen si sine, & euentu aliquo, non omni-
conueniāt. Calvinistæ enim hæc confun-
dunt, pessimi Dialectici, & theologi in-
sulsi, μὴ ὀρθοτομουῶντες τὸν λόγον τῆς ἀλη-
θείας. Sed nostri discrimina illustra tra-
diderunt: ut veteris, nouiq; testamenti:
sic sacramentorum utriusq; & in his, ba-
ptismi, & cœnæ Domini. At de his ubi-
rior instituitur oratio in topicis.

Caput XLIII.

Vsus συλλογιστικός.

Suppeditat hoc quoq; attributum no-
bis magnam argumentorum mate-
riem, & copiam: quorum aliqua propone-
mus exempla. Ut,

Omni-

Omniū simplicium obiectōrum necessaria est notitia.

Cena Dominica est simplex obiectum.

Cenae igitur Dominicae necessaria est notitia.

Item,

Omnia principia doctrinarum requirunt non tantum notitiam certam, sed etiā fidem, ut ea assensione firma amplectamur.

Hæc propositio, Christus est verax, & omnipotens, regnans æquali potentia, & gloria cum Patre, Deus, & homo, est principium.

Item illæ, Hoc est corpus meum. Hoc est sanguis meus, sunt principia in causa Eucharistia. Sunt enim eius fundamentum.

Igitur hæc propositiones flagitant à nobis non tantum notitiam, sed etiam fidem: ut eas firma assensione amplectamur: idque propter asseuerationem Christi: Mihi tradita est omnis potestas, &c.

Ergo

Ergo facessat procul hinc omnis dubitatio, & hæsitatio.

Item,

Πνευμα-
τικὴν Ἐργω-
σις.

Fides, quæ est fiducia, *πεποιθήσις*, acquiescens in Filio Dei: qua accedimus ad Deum: nosq; ab eo recipi, & exaudiri statuimus, per Christum, quem etiam per eum in spiritu, & veritate inuocamus, nititur promissioni reconciliationis, & remissionis peccatorum.

At verba illa Christi, Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus: non continent promissionem reconciliationis, & remissionis peccatorum: sed *ἐπιτολὴν*, mandatū, accipite, edite: itē *διορισμὸν*, definitionem eorum, quæ exhibet Dominus.

Verba igitur illa, Hoc est corpus meum, Hoc est sanguis meus, non flagitant fidem, quæ est fiducia misericordie Dei, nobis promissæ, propter Christum, pro nobis *λυτρωδὸν* factum.

Et,

Omnis

Omnis promissio reconciliationis postulat fidem, quæ est fiducia acquiescens in Filio Dei.

Verba ista : quod corpus, pro VOBIS traditur: qui sanguis pro VOBIS, & pro multis effunditur, in remissionem peccatorum, sunt promissio reconciliationis.

Manducatio spiritualis.

Igitur verba ista appendicis adiectæ flagitant fidem.

Item,

Ubi fides, quæ est fiducia, in Filio Dei acquiescens: ibi est promissio reconciliationis.

In his verbis: Accipite, comedite (scilicet, quod vobis cum pane, & vino do) corpus, & sanguinem meum, non sunt promissio reconciliationis: sed mandatum, & iussio facti, seu esus, & potus.

Hæc igitur verba *δεστυλικά*, ut quæ adiecta illis sunt *οεριστά*, non flagitant fidem, quæ est fiducia acquiescens in Filio Dei mediatore, & redemptore:

Manducatio Sacramentalis.

sed

sed postulant obedientiam. Itaq; Marcus inquit, Et biberunt OMNES ex eo. Non enim dicit, crediderunt ex poculo omnes. Falsum igitur est, quod Sacramentarij identidem vrgent: nos Christi corpus, & sanguinẽ, non ore, sed fide, hoc est, vel notitia, vel assensu, vel fiducia sumere.

Et,

Obedire omnibus præceptis Dei, in vera fide, principaliter, vt eum honore afficiamus, est diligere Deum.

Hoc facere, quotiescunq; comederimus panem hunc, & biberimus ex poculo illo, in Christi memoriam, eiusq; mortis annunciationem, habet præceptũ Dei. Hoc igitur facere in Christi commemorationem, eiq; mandato obedire, est eum diligere.

Item,

Prudẽtia requiritur in cœna Domini. Iudicare, panem, & poculum sacrum, esse *νομινα*, distributionem, & sumptionem, non tantum horum, sed etiam corporis

poris, & sanguinis Christi, est prudētia.
Præterea, probare, et dijudicare seipsum,
dijudicare item corpus Domini, est pru-
dentia.

Ergo probatio nostri, & dijudicatio cor-
poris Christi, flagitatur in cœna Dñi.

Et,

Expectatio futuræ liberationis, & vitæ
eternæ, est spes.

Hæc verba: corpus pro vobis traditur:
sanguis pro vobis effunditur, in remis-
sionem peccatorum, confirmant illam
expectationem futuræ liberationis, &
vitæ eternæ.

Ergo verba hæc: corpus pro vobis tradi-
tur, &c. confirmant spem.

Ex altera specie Qualitatis.

Christi naturalis potentia est: ut omnia
prestare possit, in cælo, & in terra.

Ergo secum non solum habet, verum etiã
habere potest humanam suam naturã,
vbicunq; vult. Et proinde in cœna sum-
ptione, vel usu.

Z

Et,

Et,

Panis, natura sua, corruptibilis est: vini
etiam est eadem vis.

Ergo panis, & vinum sumpta in cena
Domini, absumuntur.

Item,

Christi caro, & sanguis non sunt corru-
ptioni obnoxia: sed eorum est $\Phi\omega\tau\iota\sigma\iota\varsigma$
 $\alpha\delta\omega\alpha\mu\iota\alpha$: ut consumantur. Nam neque
post mortem viderunt corruptionem:
quia fuerunt viuifica etiam in sepul-
chro: propter vnionem Verbi cum ani-
ma separata naturali morte à corpore
Christi: & cum eodem corpore, quod fu-
it in sepulchro.

Ergo caro, & sanguis Christi, nullam cor-
ruptionem sentiunt in manducatione,
& potu sacramentali.

Item,

Fidei naturalis est impotentia: ut omnia
sibi faciat presentia: aut ut ascendat in
caelum supremum: aut ut mentem sur-
sum vehat ad Christum ambulantom
in Empyreo quodam caelo.

Neq; enim miraculosa transit ex ho-
mine: sed edit miracula: manetq; intra su-
um domicilium animæ: nec fides mortua,
seu sola, nudaq; notitia ascendit: aut rem
absentem sistit presentē. Deniq; viua illa
fides iustificans nō ascendit, aut descēdit,
aut hinc inde vagatur, vt cogitationes, et
Πνεύματος. Αἴσθησις. n. vel ἡ σωματικὴ αἴσθησις
nō ascendit, non etiā descendit. Neq; hæc
facit ἡ πεποιθήσις, fiducia acquiescens in
Filio Dei. Falsum igitur est, quod Sacra-
mentarij iactant: se fide, aut fideli anima
ascendere sursum, in quoddam cœlum lo-
cale: in quo Christus homo versetur. Itaq;
somnia tantum, & sibi imaginantur,
inani cogitatione, se ascendere in cœlum
supremum. Somniant etiam, se specula-
tione Christum sibi presentem facere in
scena. quæ est blasphema contemplatio:
adiuens Christo, quod eius est. Is enim est
παντοδύναμος, & πανταχού παρών. Iu-
sta illud: ero vobiscum vsq; ad consum-
mationem seculi. Et, Hoc est corpus me-
um.

um. Is enim se claro verbo hic sistit, ante
 presentissimus. Sacramentarij igitur Chri-
 stum neq; in cœna habent presentem: quia
 fides eorum est impotens: ut eum presen-
 tem faciat: neq; in cœlo sibi presentem ha-
 bent: ad quod impossibile est, ut fide ascen-
 dant. Si igitur Christus non est ubiq; nul-
 libi isti habet, aut habere eum possunt: nul-
 to minus eum sibi presentem facere.

Ex tertio genere.

Verbum Christi (hoc est corpus meum,
 hoc est sanguis meus) est certissimum,
 & verissimum, non dubium, incertum,
 metaphoricum, aut metonymicum.

Ergo ut nostras aures, sic mentes ita de-
 bet afficere: ut nullatenus dubitemus,
 sed sciamus, certoq; credamus, panẽ, &
 poculum visibile esse simul quoq; corpus
 & sanguinẽ Christi, in usu, seu in cœna.

Item,

Papistarum, & Sacramentariorum do-
 gmata de transsubstantiatione, & ab-
 sentia Christi, iuxta humanitatẽ, sunt
 blasphema, falsa, & incerta.

Ex vobis dua-
 rum rerum
 presentium
 facit unũ.

Ergo sic moueant animos, & aures nostras: vt ab ijs toto pectore abhorreamus, eaq̄ detestemur, vt falsa, & opinabilia.

Item,

Christus cum hanc cœnã institueret, nouum testamentum condens, aditurus erat pro nobis, exquisitissimum mortis supplicium: ideoq̄ contristata erat eius anima, vsq̄ ad mortem.

Ergo verbis in illo Testamento minime vsus fuit perplexis, cõtortis, ambiguï, iocosis, falsis, scopticis, ironicis.

Item,

Nihil est nobis mandatum de panis, aut poculi figura, aut vini colore: nihil deniq̄ nobis imperatum est vel de mensæ, vel de sacræ ædis figura.

Ergo liberum, atq̄ ἀδιάφορον est: retinere in Ecclesijs, exemplo veterum, πορφυροῦ ἄρτον panem: poculum etiam, & mensam, & templum, hæctenus in Ecclesijs vsitatum.

Exempla pauca, in studiosorum gratiam,

tiam, apposui. Reliqua ipsi ex præcedentibus poterunt animadvertere, & annotare. Nos διεξοδικῶς illa tantum cursum veluti perstringimus.

Caput XLIII.

DE IIS, QUÆ ALIO relata nominantur.

Vtilissimus locus est eorum, quæ alio referuntur: ideoq̄ nominantur τὰ πρὸς π, relata, alioq̄ comparata, τὰ πρὸς ἀλλήλα χεῖσιν ἔχοντα. Eius ordinis sunt,

1. Personæ, τὰ πρὸς ὄντα.

Dominus, ὁ κύριος.

Discipulus, ὁ μαθητής.

Dignus, ὁ ἄξιος.

Indignus, ὁ ἀνάξιτος.

Iudex, ὁ κριτής.

Reus, ὁ ἐνοχτος.

Præsens, ὁ παρών.

Frater, ὁ ἀδελφός.

Dilectus, ὁ ἀγαπητός.

2. Res,

2. Res, τὰ πράγματα,
facta, & dicta.

Cæna Dominica, δείπνον κυριακόν.

Panis, & poculum, ὁ ἄρτος, & τὸ ποτήριον: quæ sunt vasa, & tanquam organa distributionis. Sicut os corporum, est quasi instrumentum sumptionis.

Figura, τύπος, ἀντίτυπον, καὶ σύμβολον.

Communicatio, ἡ κοινωνία.

Præsentia, ἡ παρουσία.

Manducatio, ἡ βρώσις.

Potus, ἡ πόσις.

Testamentum, ἡ Διαθήκη.

Benedictio, vel gratiarum actio, ἡ εὐλογία, ἡ εὐχαριστία.

Sacrificium, ut Pascha, τὸ πάσχα.

Peccatum, ἡ ἁμαρτία.

Remissio, ἡ ἄφεσις.

Mors, ὁ θάνατος.

Regnum, ἡ βασιλεία.

Nouum, τὸ καινόν.

Proprium, τὸ ἴδιον.

Canticum, ὕμνος.

Corpus, τὸ σῶμα, τρωπικῶς, pro Ecclesia.

Disidia, & secta, τὰ χίσματα, καὶ αἰρέσεις.

Iudicium, τὸ κρῖμα.

Condemnatio, τὸ κατάκριμα.

Dominus.

Dominus, κύριος, est persona, qua alijs dominatur, & imperat: vel seruis, vel discipulis. Sic Christus est Dominus, non auctoritate solum docendi, sed etiam potestate regnandi.

Discipulus.

Discipulus, μαθητὴς est persona, qua Dominum, atq; magistrum, Ἰησοῦν, habet: cuius præceptis, & discipline pareat, atq; obtemperat. Vt igitur Dominus est relatiuum: ita eius correlatiuum, ἀντιπέφρον, est discipulus, aut seruus. Vtriusq; fundamentum est persona. Domini terminus est, vel docendo præcipere aliquid discipulis, vel iubendo iisdem aliquid mandare, atq; imperare. Horum igitur

tur finis est, Domini sui præceptis obedire, imperataq; facere, discendo, aut mandata exequendo.

Dignus, ἄξιος.

Dignus est persona, quæ dignitate prædita est. Ipsaq; dignitas consistit in hoc loco, non in nostra perfectione, aut iustitia: non in virtutum, aut operum conditione, aut alia qualitate: sed in sui probatione, & dijudicatione partim sui ipsius, partim corporis Christi. Fundamentum idem commune habet: τὸ ἀνὸςπέφον, est res digna, seu ἡ ἀξία: quæ est agnitionis, detestationisq; nostræ indignitatis, miseriæ, iniustitiæ, peccatorum: propositi boni, refugij ad Christum servatorem, iustitiam, & dignitatē nostram, per pœnitentiā, & fidem. Terminus, hac ipsa dignitate prædicum esse: quod fit τὰ ἐαυτὸν δοκιμάζον, & ἀνακρίνον ἐαυτὸν τε, & τὸ τῶ σῶμα τῶ Χριστοῦ.

Indignus, ὁ ἀνάξιος.

Ergo perspicuū est: quis sit indignus.

Z 5 qui

qui per contrarium ἀντισπέφον, & terminum definitur.

Iudex, ὁ κριτής.

Iudex est persona, quæ de reo fert sententiam iustam, ex legibus, vel severam, vel equam. Eius enim ἀντισπέφον est ὁ φερωγών, ἢ ὁ ἐνοχός: quem reum arguit, & accusat lex Dei, ipse Decalogus. Omnes enim rei facti sumus, diuinoq; obnoxij iudicio. Terminus est ferre sententiam de reo, vel absolutoriam, vel condemnatoriam. Et condemnatoriam, vel severam: qua nihil de pœna remittitur: vel equam, ἢ Πιφκῆ: qua clementiæ, misericordiæ, lenitatis, & moderationis habetur ratio à Iudice. In hac causa, Christus iudex est: reus est omnis, qui indignè, nulla facta sui probatione, aut corporis Christi dijudicatione, edit de pane hoc, & bibit de illo poculo: & reus est cuius rei? pricipaliter corporis, & sanguinis Christi manducati, & sumpti, non dijudicati, sed contumelia affecti. Hoc enim iudicium accer-

accerfitur edendo, & bibeudo. Iuxta illud: qui edit, & bibit indignè, iudicium sibi edit, & bibit, non dijudicans corpus Domini: neq; enim dicit, non dijudicans panem. Est q̄ *το αδαυη*. iudicium edit, & bibit, hoc est, non salutem manducando accipit. Christum sumit is quidem, veruntamen non seruatorem: sed iudicem: qui hunc reum iudicat, & corripit morbis, calamitatibus, vel etiam morte corporali: quæ *παυδεϊα* adhuc est *Πενιτης*, paterna, vocans reum ad pœnitentiam. Quem verò tanti criminis non pœnitet: eum Christus iudex seuerus, cuius corpus non dijudicauit, cum mundo condemnat. De hoc reatu sic scribunt veteres.

Chrysoſtomus in ii. cap. i. Corinth. de verbis Apostoli, Reus erit corporis, & sanguinis Domini. Quamobrem? quia effundit sanguinẽ: & non sacrificium: sed iugulationem præ se fert, quemadmodum hi, qui Christum eo tempore punxerunt: non vt biberent eius

eius sanguinē: sed vt effunderēt: idem sanē facit, qui Christi sanguinē bibit indignē, & nullum ex potu eius fructū recipit.

Idem Homil. 61. ad populum.

Si cum puritate quidem accesseris: ad salutem accessisti. Si verò cum mala conscientia: ad pœnam, & ultionem. Qui enim indignē manducat: iudiciū sibi manducat. Nam si regiam contaminātes purpuram, similiter puniuntur: sicut discipulentes: non est verò dissimile, Domini corpus impura mente suscipientes, eandem subire vindictam, cum his: qui clavis ipsius disciderunt.

In Homil. in dictum Apostoli,

δέ η̄ αιρεσις ε̄ναι.

Multum disputavit de his, qui indignē communicant mysterijs: eosq; reprehendit grauitē: & demonstrauit: quòd idem supplicium passuri essent: quòd hi, qui Christum occiderunt: si sanguinem eius, & corpus, absq; probatione, & temerè accipiunt.

Cypria.

Cyprianus in sermone de lapsis.
 A Diaboli aris reuertentes, ad sanctū
 Domini sordidis, & infestis nidore mani-
 bus accedunt. Mortiferos idolorum cibos
 adhuc penè ructantes, exhalantes, etiam-
 num scelus suum, faucibus, & funesta re-
 nolentibus, domini corpus inuadunt.

Idem,

Vis infertur corpori eius, & sanguini
 eius. Plus modò manibus, atq; ore delin-
 quunt: quàm cum Dominum negauerūt.

Iudicium ergo de hoc tanto reatu, est
 non cōfessus plurium iudicum, sed vnus
 Christi, cuius corpori, & sanguini vis il-
 lata est. seuera sententia, de reo punien-
 do, & sententiæ illius condemnatoriae e-
 xecutio, quæ fit inflictis pœnis: de quibus
 suprà est explicatum.

Iudicium,
 à reo.

Sequuntur alia quædam
 nomina.

Præsens est persona, quæ alteri cuidã,
 vt homini, vel rei alicui est præsens, id
 est, eodẽ in loco coniuncta, atq; vnita. Cum
 igitur

igitur Christum dicimus esse præsentem
 in cæna: sentimus eum, iuxta suum ver-
 bum, ministerio adesse: nec solum esse præ-
 sentem, ut distribuerem: sed etiam ut à
 semetipso distributum cum rebus, quæ vi-
 dentur, pane, & vino. Itaq; præsens etiam
 eius corpus pani est, sanguis vino in eodẽ
 mysterio, hoc est, in manducatione, & po-
 tu. Ac proinde ori corporeo vestentis a-
 desit præsens Christus, eorumq; non ani-
 mæ tantum: sed etiam corporibus.

I. Christus præsens, ὁ μετὰ δὲ δὲς ἐ-
 αὐτὸν, adhuc hodie præbet
 cænam suam.

Augustinus lib. 17. de civitate
 Dei, cap. 20.

Mediator novi testamenti, mensam
 exhibet de corpore, & sanguine suo.

Theophylactus in 11. capite
 1. ad Corinth.

Dicet aliquis, quonam pacto hanc à
 Domino accepisse nos mensæ dixeris di-
 gnita-

gnitatem: qui tunc & procul abesset: & persecutionem pateretur? Vt intelligas, vel hodierno die, super mystica mensa, hunc ipsum ADESSE: qui non secus, ac

TUNC MYSTERIA TRADAT.

Chrysostomus Homil. 23. in

1. Epist. ad Cor.

Non per os mortis Christus rursus erupit: sed medio Draconis ventre rupto, ex adytis clarissimus euasit: & radios, nō ad HOC vsq; COELVM, sed ad ipsum supernum thronum Dei dimisit. Illuc namq; ipsum extulit: quod etiam nobis EXHIBUIT, & VT TENEREMVS, & manducaremus: quod maximæ dilectionis est signum.

Reijcitur
Cingliano-
rum cælum

Idem in Matth. Hom. 51.

Credite igitur omnes: quia etiā NVNC cena illa celebratur: in qua Christus recumbebat. Nihil quippe interest, inter illam, & hanc. Non enim HAEC ab homine, illa ab ipso conficitur. Quando igitur sacerdotem corpus tibi præbere vide-

ris: noli Sacerdotis, sed Christi MANVM
ad te PORRIGI, arbitrari.

Idem, Homil. 60. ad populum
Antiochenum.

Non sunt humanae virtutis opera pro-
posita, qui tunc ipsa fecit illa in cena: idē
EA NVNC quoq; FACIT. Nos mi-
nistrorum tenemus locum. Qui verò san-
ctificat ea, & immutat, IPSE est. Hec
est illa mensa: & minus nihil habet. Non
enim illam quidem Christus, hanc autem
homo perficit: verum & HANC IPSE
quoq;.

Ibidem.

Qui plus dedit, hoc est, seipsum appo-
suit: multo magis & corpus tibi TRA-
DERE non dedignabitur. Audiamus
igitur & sacerdotes, & subditi: quali esca-
facti sumus digni. Audiamus, & horrea-
mus: sanctis CARNIBVS SVIS nos
dedit IMPLERI semetipsum APPO-
SVIT immolatum.

In cap. 10. ad Corinth. 1.

Ani-

Animaduertis Pauli sapientiã: quo pacto utrorumq; eum largitorem ostendit: & hac in parte figuram iuxta veritatem adducit. Qui enim illa illis præbuit: his etiam HANC præparauit mensam. Et ipse idem, illos per mare, & te per baptisma adduxit: & illis Manna, & aquã, & tibi CORPVS, & sanguinẽ DEDIT.

In cap. 11. Ep. 1. ad Corinth.

Christus mensam ex æquo omnibus distribuit: ille corpus proprium, ex æquo tradidit. Tu communem panẽ distribuere non vis. Profecto pro OMNIBVS pariter traditus est: pro omnibus pariter corpus effectum est.

Augustinus sermone 2. Domin. 1. Aduentus.

Si Dominus viderit charitatis luce vestitum, vel misericordiæ margaritis ornatum, castum, humilem, misericordem, benignum, & sobrium: si talem agnouerit: corpus, & sanguinem suum ei, non

ad

ad iudicium, per sacerdotum suorum manus dispensabit.

II. Christus adest præsens in cœna communiōne ministris, qui distribuunt corpus, & sanguinem Christi.

Paulus, 1. Cor. 11.

Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.

Idem, 1. Cor. 10.

Panis, quem frangimus. Poculum, cui benedicimus.

Christus,

Hoc facite in mei commemorationē.

Augustinus Sermone 35. de verbis Domini.

Noli velle eleemosynam facere, de fructu Christi ER OGAMVS.

Basilii Epist. 76.

Si quod gratis accepisti, vendideris: tāquam Sathana venūdatus, charismate pri-

te priuaberis. Quæstum enim rebus spiri-
tualibus infers, & Ecclesiæ: vbi corpus
nobis, & sanguinem concreditum habe-
mus.

Chrysostronus Hom. 46.
in Matth.

Nonne vides, quòd soli Sacerdoti fas
sit: sanguinem huius calicis tibi TRA-
DERE. Cogita, cui potum præbes, & per
horrescas: cogita quod Sacerdos Christi
tu sis. cum propria manu, ei offeras non
carnem: sed panem: non sanguinis, sed a-
quæ frigidaæ calicem.

Mysterio-
rum tradi-
tio.

Eleemosi-
nae eroga-
tio.

Cyprianus lib. 3. Epist. 15.

Ante ἐξομολόγησιν grauissimi, atq;
extremi delicti factam, offerre pro illis, et
Eucharistiam dare, id est, sanctum Do-
mini corpus prophanare, audent.

Chrysostr. vt supra.

Quando igitur sacerdotem corpus ti-
bi præbere videris: noli sacerdotis, sed
Christi manum ad te porrigi arbitrari.

Hieronimus 1. Cor. 11.

Ideo cum accipimus à sacerdotibus,
commonemur: quia corpus, & sanguis est
Christi.

III. Christi corpus pani, sanguis
vino vnitus est, atq; coniunctus,
seu præsens his symbo-
lis, in vsu.

Irenæus lib. 4. cap. 44.

Quomodo autem constabit eis, cum pa-
nem, in quo gratiæ actæ sint, corpus esse
Domini sui: si nõ ipsum fabricatoris mû-
di Filium dicant idem verbum eius, per
quod lignum fructificat?

Idem lib. 5.

Vani autem omni modo: qui uniuersam
Dei dispositionem contemnunt, &
carnis salutem negant: & regenerationẽ
eius spernunt, dicentes: non eam capacem
esse incorruptibilitatis. Sic autem secun-
dum hæc videlicet, nec Dominus sangui-
ne suo redemit nos: nec calix Eucharis-
tia

Alia communicatio sanguinis eius: neque panis, quem frangimus, communicatio corporis eius est.

Ambrosius libro de ijs, qui mysterijs initiantur.

Ipse clamat Dominus, Hoc est corpus meum. Ante benedictionem cœlestiū verborum, alia species nominatur: post consecrationem, corpus significatur: ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem, sanguis nuncupatur.

ἁγιασμός,
benedictio,
seu consecratio.

Idem de Sacramētis lib: 4. cap. 4.

Tu fortè dicis, meus panis est vsitatus. Sed panis iste panis, & ante verba Sacramentorum, vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus. Quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione? Consecratio igitur, quibus verbis est: & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam vbi venitur, vbi conficiatur venerabile Sacramentum: iam non suis sermonibus Sacerdos: sed vtitur sermonibus Christi. Ergo

Consecratio fit Christi verbis: quæ sunt causa efficiens huius præsentia.

sermo Christi conficit hoc Sacramentum.
 Quis sermo Christi? nempe is, quo facta
 sunt omnia. Ergo, vt tibi respondeam,
 non erat corpus Christi, ante consecratio-
 nem: sed post consecrationem, dico tibi:
 quòd corpus est Christi.

Idem ad Hedibiam.

Nos audiamus, panem, quem fregit
 Dominus, deditq; discipulis suis, esse cor-
 pus Domini saluatoris, ipso dicente ad
 nos: Accipite, & comedite: Hoc est cor-
 pus meum. Et calicem illum esse: de quo
 irem locutus est: Bibite ex hoc omnes:
 Hic est sanguis noui testamenti.

Ambrosius lib. de mysterijs,
 capite 9.

In illo sacramento Christus est: quia
 corpus est Christi. Non ergo corporalis
 esca: sed spiritualis. Corpus enim Dei,
 corpus est spirituale.

Theophyl. in Marc. cap. 14.
 Christi autem corpus propriè, quod in
 disco aureo: & sanguis, qui in poculo.

Idem

Idem in cap. 5. ad Heb.

In carne, & sanguine Christi, nihil crucium, nihil corruptibile mens humana concipiat. Sicut dicit Apostolus: qui corpus Christi indignè manducat: iudicium sibi manducat. Sed viuificatricè substantiam, atq; salutarem IN pane, & vino: per quæ si dignè sumantur, nobis est peccatorum remissio, & regni Dei possessio collata.

Bernhardus de cæna Domini,

Sermone 2.

Vnde hoc nobis, pijsime Iesu? ut nos vermiculi reptantes super faciem terre, nos inquam, qui puluis, & cinis sumus, te præsentem habere mereamur, præ manibus, præ oculis: qui totus, & integer, sedes ad dexteram Patris. Qui etiam vnius horæ momento, ab ortu Solis, vsq; ad occasum, ab Aquilone ad Austrum, præsto es omnibus, VNVS in multis, IDEM in diuersis locis.

Et paulò post:

a 4

Glo-

Gloriosa, & amabilis spōsa, in T E R R A sponsum habes in Sacramēto: in cœlis habitura es, sine velamento. Et hic, & ibi veritas: sed hic palliata: ibi manifestata.

Chrysoſt. in sermone de Eucharistia.

Mensa mysterijs instructa est: & agnus Dei, pro te immolatur: Sacerdos pro te angitur: Seraphim astant: omnes incorporeæ virtutes, pro te, cum Sacerdote intercedunt: sanguis IN CRATERE, in tuam purificationem, ex immaculato latere, haustus est.

Idem in 1. Corinth. Homil. 13.

Eorum autem verborum eiusmodi est sententia: quod est IN calice: id est, quod è latere fluxit: & illius sumus participes. Vnde & Augustinus, in sermone ad Neophytos inquit: Hoc accipite IN pane, quod pepedit in cruce: & hoc accipite IN calice: quod est effusum de Christi latere.

IIII. Christi corpus, & sanguis
 presens adest nostro ori, lin-
 gua, & labijs.

Augustinus lib. 12. contra
 Faustum. cap. 9.

Mediatorem Dei, & hominum, homi-
 nem Iesum Christum, carnem nobis suam
 manducandam, bibendumq; sanguinem
 dantem, fidei corde, atq; ORE suscipi-
 mus.

Epist. 118.

Placuit Spiritui sancto: vt in honorẽ
 tanti sacramenti, in OS Christiani, prius
 Dominicum corpus intraret: quàm cæ-
 teri cibi.

Sermone de Tempore.

Videte, fratres charissimi, si iustum
 est: vt ex ORE Christianorum, VBI cor-
 pus Christi ingreditur: luxuriosum can-
 ticum, quasi venenum Diaboli, pferatur.

Chrysost. Homil. 6. in epist.

ad Tim.

Nihil amarum, nihil durum ea lin-
 gua proferat: quæ diuinis rebus assueta

est: nihil ex illo ORE prodeat: quod Dominico corpore sæpius saginatur.

LEO in Sermone 6. de Ieiunio.

Sic sacræ mensæ communicare debetis: ut nihil prorsus de veritate corporis Domini, & sanguinis ambigatis. Hoc enim ORE sumitur: quod fide creditur.

Rursus Chrysostr. in cap. 11.

Ep. 1. Corinth.

Hæc facis, ea præsertim Die: qua carnem eius lingua contingere dignus effectus es. Ut hæc tibi non accidant: instrues dextram, linguam, & labia: quæ in te ad INGRESSUM Christi veluti vestibula facta sunt.

In sermone de Eucharistia.

Reputate, salutarem sanguinem quasi è diuino, & impolluto latere effluere: et ita approximantes puris LABIIS accipite.

Christi ergo corpus manducamus, & eius sanguinem bibimus, seu accipimus, aut sumimus.

Idem

Idem in oratione de Philogonio.

Magi quidem nihil aliud, quam adorantur: tibi verò si accesseris, cum pura conscientia: permittemus, ut sumas, & sumpto, domum abeas.

Idem Homil. 60. ad populum Antiochenum.

Ipsè verò tibi concedit, non tantum videre: verum & manducare, & tangere: & INTRA TE suscipere.

Hilarius lib. 8. de Trinit.

Si verè igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit: & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est: nosq; verè sub mysterio, carnem corporis sui sumimus.

Theophyl. in 3. cap. ad Coloss.

Absurdum itaq; ut os illud sermonis fœditate coinquinetur: quod Christum suscipit.

Gregorius Homil. 22. in Euangel.

Quid nanq; sit sanguis agni: iam non audi-

audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur: quando non solum ORE corporis, sed etiam ore cordis hauritur.

Augustinus de verbis Domini,
Sermone 18.

Scelera, & crimina omnes vitare debent: qui accipiunt corpus Christi, & sanguinem.

Hilarius in Psalm. 127.

Anima nostra, in hac vita corporali, alenda est per panem, & vinum: panem caelestem, quem obtinemus ab eo, qui dixit: Ego sum panis vitae: quem qui indignè, secundum Apostoli mandatum, acceperit: iudicium sibi acquirit.

Chrysost. Hom. 61. ad populū.

Non est verò dissimile: Domini corpus impura mēte suscipientes, eādem subire vindictam cum his: qui clavis ipsum disciderunt.

Irenæus lib. 4. cap. 44.

Quemadmodum qui est à terra panis, perci-

percipiens vocationem Dei, iam non communis panis est: sed Eucharistia, ex duabus rebus consistens: sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia.

Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 13.

Nō possunt, cum sanctificatione, beatæ vitæ fieri participes: qui per mysticam benedictione, Iesum non susceperūt. Vita enim secundū naturam ille est: qui viuo Patre genitus est: sed non minus corpus suū quoq; viuificat. Coniuncta enim ineffabiliter est Filio Dei: à quo vniuersa viuificantur. Idcirco corpus suum esse dicitur: & vnus cum eo est. Nempe post incarnationem vnus est: & vnus manet absq; diuisione vlla: præterquam quòd Dei patris Verbum, & templum à Virgine sumptū, idem natura non sunt. Non enim est eiusdē substantiæ Verbo Dei homo assumptus: vnus tamen cum illo est coniunctione ineffabili.

Vnio personalis.

Idem lib. 4. in Ioan. cap. 17.

Si

Si quis carnem, & sanguinem Christi recipit: cum ipso ita coniungatur necesse est: ut Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur.

Chrysoft. in 60. Hom. ad pop. Antiochenum.

Quenam igitur nobis erit excusatio: cum talibus (sanctis carnibus, quibus nos dedit impleri) talia peccemus: cum lupi fiamus, agnum comedentes?

Augustinus Hom. 2. in psal. 33.

Verè magnus Dominus: & magna mirabilia eius verè: qui dedit nobis manducare corpus suum: in quo tanta perpeffus est: & sanguinem bibere.

In psalmum 119.

In ipsa carne hic ambulauit: & ipsam carnem nobis manducandam, ad salutem dedit.

Basiliius cap. 3. de instituendis ijs, qui ad Baptismum veniunt.

An tutum sit: si quis non repurgatus ab omni inquinamento carnis, & Spiritus,

tus, EDAT corpus Domini? Quod si, in
 immundicia tantū constitutus (immun- ἀκαθάρσια,
 dicie verò proprietatem ex lege discimus est concupi
 typicè) tam terribile iudiciū habet: quan scientia.
 tiò magis, qui cum in peccato sit, corpus
 Domini cōtingere audeat, grauius sibi ac- ἀμαρτία, est
 versit iudicium? cogitatiois
actionis. p.
termisiois
et oratiois

Tertullianus libro de resurre-
 ctione carnis.

CARO corpore, & sanguine Christi
 VESCITUR: ut & anima de Deo sa-
 ginetur.

Idem in libro de Pudicitia.

Annulum quoq; accepit tunc primū:
 quo fidei pactionem interrogatus obfi-
 gnat: atq; ita exinde opimitate Dominici
 corporis vescitur, Eucharistia scilicet.

Chrylostomus Homil. 23. in

1. Epist. ad Corinth.

Sed hæc quidem Baptisma: quæ autē
 sequuntur: sacram mensam significāt. Nā
 quemadmodum tu Corpus Dominicum
 manducas: ita & illi Manna manduca-
 uerunt.

uerunt. Et sicut tu Sanguinem bibis: ita
 & illi aquam de petra biberunt. Idem in
 cap. ii. Epist. i. Corinth. Sanguinem gus-
 tasti Dominicum: & fratrem tuum non
 agnoscis? Cum, sumpto Christi sanguine,
 tempus sit sobrietatis: in lasciuiam pro-
 laberis?

V. Christo, per cœnæ communio-
 nem, sic coniungimur: vt nō solum in no-
 bis maneat: sed etiam ei incorpo-
 remur, facti caro de carne il-
 lius, ossa de ossibus ipsius.

Irenæus libro quinto.

Quando ergo mixtus calix, & fractus
 panis, percipit verbum Dei: fit Eucharis-
 tia sanguinis, & corporis Christi: ex qui-
 bus AVGETVR, & consistit carnis no-
 stræ substantia. Quomodo ergo negant,
 carnem capacem esse donationis Dei: qui
 est vita æterna: quæ sanguine, & corpore
 nutritur?

Iustinus Martyr Apologia 2.
 Per

Per verbum precationis, & gratiarū
actionis sacratam ab ipso alimoniā, quæ
mutata, nutrit carnes, & sanguinem, il-
lius incarnati Iesu carnem, & sanguinē
esse didicimus.

Chrysoft. Homil. 61. ad popul.

Necessarium est, Mysteriorum disce-
re miraculum: quid tandem sit: & quare
fit datum: & quæ rei utilitas. Vnum cor-
pus sumus, & membra, ex CARNE eius,
& OSSIBVS eius. Vt itaq; non tantum
per charitatem, hoc fiamus: verum & i-
psa re, in illam misceamur carnem: hoc
per ESCAM efficitur: quam LARGI-
TUS est nobis volens ostendere desideri-
um: quod erga nos habet. Propterea SE-
METIPSUM nobis immiscuit, & cor-
pus SVVM, in nos CONTEMPERA-
VIT: vt VNVM quid efficiamur: tan-
quam corpus capiti coaptatum. Arden-
ter enim hoc amantiū est. Hoc itaq; Iob
insinuans, dicebat de seruis: quibus erat
supra modum desiderabilis: quod deside-
rium

rium ostendens, dicebant: Quis dederit no-
 bis ex carnibus eius impleri? Propterea
 quidem & Christus id fecit: in maiorem
 nos inducens charitatem: & suum erga
 nos ostendens desiderium: non tantum se
 præbens cupientibus **VIDENDVM;**
sed & PALPANDVM, & COME-
DENDVM, & CARNI dentes infige-
 re, & **COMPLICARI,** & omne desi-
 derium implere. Tanquam leones igitur
 ignem spirantes, ab illa mensa recedat-
 mus: facti Diabolis terribiles: & **CA-**
PVT nostrū, mente reuoluentes, & cha-
 ritem, quam nobis exhibuit. Nam pa-
 rentes quidem alijs sæpe filios tradunt a-
 lendos. Ego autem, inquit, non ita: sed
CARNIBVS meis alo: me ipsum **A P-**
PONO: vos omnes generosos esse volens:
 & bonas vobis prætendens, de futuris e-
 xpectationes. Quippe qui vobis his mei-
 ipsum **TRADO:** multo magis in futuro.
 Volui esse frater vester. Carnem propter
 vos, & sanguinem assumpsi. Vobis vicis-
 sim

sum ipsam carnem, & sanguinem, per quæ
cognatus vester factus sum, TRADO.

Idem Homil. 13. in 1. ad Corinth.

Quando corpus Christi propositū vi-
deris: dic tecum: Propter HOC COR-
PUS, non amplius terra, & cinis ego sum:
non amplius captiuus, sed LIBER. Pro-
pter hoc, cælum, & quæ in eo bona sunt,
ME accepturum spero: propterea immor-
talem vitam, Angelorum sedem, Christi
consuetudinem. Hoc Corpus affixum,
verberatum, MORTE victum NON
EST. Hoc corpus Sol, Christum crucifi-
xum videns, radios auertit. Propter hoc
& Velum Templi scissum est: & petreæ,
& terra vniuersa tremuit. Hoc idem
Corpus cruentatum, lancea vulneratum,
fontes SANGVINIS, & AQUAE, v-
niuerso orbi scaturiuit.

Hilarius lib. 8. de Trinit.

Hæc verè nostræ vitæ causa est: quod
IN NOBIS carnalibus manentem per
CARNEM, Christum habemus: victuris
b 2 nobis,

nobis, per eum, ea conditione: qua vivit
ille, per Patrem.

Iterum Chrysoft. in cap. 10. Epi-
stola 1. ad Corinth.

Eò nobis Dominus corpus proprium
impertitur: vt NOS SIBI copulet: &
nexus quodã mutuo, reddat propingores.

Rursus Hilarius lib. 8. de Trin.
Si verè Verbum caro factum est: & nos
verè Verbum carnem, cibo Dominico, su-
mimus: quomodo non NATURALITER
in nobis manere existimandus est: qui &
naturam carnis nostræ iam inseparabilè,
sibi HOMO natus, assumpsit: & naturã
carnis suæ, ad naturam æternitatis, SVB
Sacramento nobis communicandæ car-
nis, admiscuit? Ita enim omnes vnum su-
mus: quòd & IN Christo Pater est: &
Christus in nobis est.

Cyrillus cap. 26. in Ioannem.

Suo corpore credentes, per communio-
nem mysticam benedicens, & SECVM,
& inter nos vnum corpus efficit.

Idem

Idem lib. 4. in Ioan. cap. 17.

Si quis carnem, & sanguinem Christi recipit: cum ipso ita coniungatur necessario est: ut Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Sicut paululum fermenti totam massam fermentat: sic paruula benedictio, totum hominem in seipsam attrahit, & sua gratia replet: & hoc modo Christus in nobis manet, & nos in Christo. Verè enim totum fermentum, in tota massam pertransit.

Chrysoft. Homil. 83. in Matth.

Ea namq; re alimur, quam Angeli videntes tremunt: nec absq; pauore, propter fulgorem, qui inde resilit, aspicere possunt: & NOS in vnam cum illo Massam reducimur: facti Christi corpus vnum, & caro vna. Quis pastor vquam membris suis, oues suas nutriuit? Ipse proprio corpore nos alit, & sibi coniungit, atq; coagmentat. Singulis fidelibus, per hoc mysterium, se coniungit, & quos peperit, non alijs nutriendos tradit, sed ipse studiosissime alit.

Idem, Homil. 4. in Ioan.

*Vt non solum per dilectionem, sed RE
IPSA in illam carnem conuertamur: per
cibum id efficitur: quem nobis largitus
est. Cum enim suum in nos, amorem in-
dicare vellet, per corpus suum, SE nobis
commiscuit: & in VNVM nobiscum rede-
git: vt corpus cum capite vniretur. Hoc
enim amantium maximè est.*

Homil. 60. ad populum.

*Cogita, quali sis insignitus honore,
quali mensa fruaris. Quod Angeli viden-
tes horrescunt: neq; liberè audent intrari,
(propter emicâtem inde splendorem) hoc
nos pascimur: huic nos VNIMVR, & fa-
cti sumus vnum Christi corpus: & vna
caro. Quis pastor oues proprio pascit cruo-
re? Et quid dico pastor? Matres multe
sunt: quæ post partus dolores, filios alijs
tradunt nutricibus. Hoc autem ipse non
est passus: sed ipse nos proprio sanguine
pascit: & p omnia sibi nos COAGMEN-
TAT. Vnicuiq; fidelium semetipsum per
myste-*

mysterium commiscet: & quos genuit, per semetipsum enutrit: nec alteri tradit. Et hoc tibi rursus persuadens, quòd carnem tuam assumpsit.

Cyrillus lib. 4. in 17. cap. Ioan.

Sicut paululum fermenti totam massam fermentat: sic paruula benedictio, totum hominem in seipsam attrahit, & sua gratia replet. Et hoc modo, Christus in nobis MANET, & nos in Christo. Verè enim totum fermentum, in totam massam pertransit.

De Mansione Christi in nobis, præterea sic scribit Augustinus Sermone 11. de verbis Domini.

Illud etiam quod ait: Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum: in me MANET, & ego in eo: quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos hic poterimus accipere: de quibus dicit Apostolus: quòd iudicium sibi manducet, & bibant? Nunquid & Iudas Magistri venditor, & traditor impius, quamuis

Iudas proditor primum Sacramentū sumpsit.

primum ipsum manibus eius confectum Sacramentum carnis, & sanguinis eius, cum cæteris discipulis, sicut aperius Euangelista Lucas declarat, manducaret, & biberet, mansit in Christo, & Christus in eo? Multi denique qui vel corde ficto carnem illam manducant, & sanguinem bibunt, vel cum manducauerint, & biberint, apostatae fiunt, nunquid manent in Christo, & Christus in eis? Sed profectò est quidam modus manducandi illam carnem: & bibendi illum sanguinem: quo modo qui manducauerit, & biberit: in Christo manet: & Christus in eo. Non ergo quocunq; modo quisq; manducauerit carnem Christi, & biberit sanguinem Christi, manet in Christo, & Christus in illo: sed certo quodam modo: quem vtiq; ipse videbat, cum ista dicebat.

VI. Refer huc fructum, dignè participantium.

Hilarius in Psalm. 127.

Mensa

Mensa Domini est, ex qua cibum sumimus, panis scilicet, & vini: cuius est hæc virtus: vt ipse viuens, eos quoq; qui se accipiant, viuificet.

Theophyl. in cap. 6. Ioan.

Carnis Dominicæ, qui non fiunt participes, non erunt participes æternæ vitæ. Eò, quòd non susceperunt Iesum: qui est vita æterna. Non enim **NVDI** hominis caro est: quæ manducatur: sed Dei: & **DEIFICARE** valet: vtpote **CONTEMPERATA** Deitati.

Idem lib. 2. contra Epist. Petilian. cap. 37.

Ex vna quippe re sancta, Iudas sibi sumebat iudicium: Petrus salutem.

Chrysoft. Hom. 61. ad popul.

Si cum puritate quidem accesseris: ad salutem accessisti.

Irenæus lib. 4. cap. 24.

Quomodo autem rursus dicunt: carnem in corruptionem deuenire: & nõ percipere **VITAM**: quæ à corpore, & sanguine Domini alitur.

Et mox:

*Sic & corpora nostra percipientia Eu-
charistiam, iam non sunt corruptibilia.*

Idem lib. quinto.

*Quomodo negant, carnem capace[m]
esse DONATIONIS Dei: qua sanguine,
& corpore Christi nutritur?*

*Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 37.
Quid igitur Christus pollicetur? quid
credentibus affert? corruptibile certe nul-
lum: sed BENEDICTIONEM: quam
communicatione corporis, & sanguinis
Christi assequimur. Vnde ad eam incor-
ruptionem reducemur: vt cibo, & potu nõ
indigeamus. Viuificat enim corpus Chri-
sti, & ad incorruptionem, sui participa-
tione, reducit. Non enim alterius cuius-
dam, sed ipsius VITAE corpus est.*

*Chrysoft. Ho. 23. in 1. ad Cor.
Cum benedictionem dico, Eucharis-
tiam dico: & dicẽdo etiam Eucharistiã:
omnem BENIGNITATIS DEI THE-
SAVRUM aperio: & magna illa MVNE-
RA*

RA commemoro. Etenim cum CALICE
 inenarrabilia Dei BENEFICIA, &
 quæcunq; consecuti sumus, addimus: ita
 ad eū accedimus: cum eo cōmunicamus,
 gratias agentes: quòd humanum genus
 errore liberauit: quòd fratres, & confor-
 tes suos ascripsit.

Cyrillus lib. 4. in 13. cap. Ioan.

Quoniā igitur Saluatoris caro VER-
 BO Dei, quod naturaliter vita est, coniū-
 cta, vniuersa effecta est: quando EVM
 COMEDIMVS: tum habemus vitam
 in nobis, illi cōiuncti, quæ vita effecta est.

Cyprianus in Sermonē de cœna
 Domini.

Ante verba illa cibus ille communis,
 tantum nutriendo corpori commodus e-
 rat, & vitæ corporalis subsidium mini-
 strabat. Sed ex quo, à Domino dictum est:
 Hoc facite, in mei commemorationem.
 Hæc est caro mea, & hic est sanguis me-
 us: quotiescunq; his verbis, & hac fide a-
 ctum est: panis iste substantialis, & calix
 bene-

benedictione solenni sacratus, ad TOTI-
VS hominis VITAM, salutemq^{ue} proficit.
Simul MEDICAMENTVM, & holocau-
stum, ad sanandas infirmitates, & pur-
gandas iniquitates, existens.

Ambrosius de ijs, qui mysterijs
initiantur.

Ista esca, quam accipis: iste panis vi-
uus, qui descendit de cœlo: vitæ æternæ
SUBSTANTIAM subministrat. Et
quicumq^{ue} hanc manducauerit: non morie-
tur in æternum: & est corpus Christi.

VII. Alius effectus sumptio-
nis Cœnæ Dominicæ.

Paulus.

Quia vnus panis: vnum CORPVS
multi sumus.

Duplex
συνωμά-
τωσις.

Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 26.
Suo corpore, credentes, per commu-
nionem mysticam benedicens, & secum,
& INTER NOS vnum corpus efficit.

Quis

Quis enim eos, qui vnius sancti corporis
 vnione vniti sunt: ab hac naturali vnio-
 ne alienos putabit? Nam si omnes vnum
 panē manducamus: VNVM omnes cor-
 pus efficitur. Diuidi enim, ac seiungi
 Christus non potest. Idcirco etiam Eccle-
 sia corpus Christi facta est: & nos singuli
 membra Christi: secundum Paulum. Vni
 enim Christo, per corpus suum coniuncti,
 quoniam in nobis illum, qui est indiuisi-
 bilis, accepimus, ipsi potius, quàm nobis
 membra accommodantur.

Chrysostomus Homil. 61. ad
 populum.

Vnum corpus sumus, & membra, ex
 CARNE eius, & OSSIBVS eius. Vt
 itaq; non tantum, per charitatem, hoc fia-
 mus: verum & ipsam rem, in illam mi-
 sceamur carnem: hoc per escam efficitur:
 quam largitus est: nobis volens ostendere
 desiderium: quod erga nos habet.

VIII.

VIII. Fructus indignè
participantium.

Idem Chrysoſt. Homil. 61.
ad populum.

Si cum puritate quidem acceſſeris ad
ſalutem acceſſiſti. Si verò cum MALA
conſcientia: ad POENAM, & ULTIO-
nem. Qui enim indignè manducat: iudi-
cium ſibi manducat. Nam ſi regiam con-
taminantes purpuram, ſimiliter puniun-
tur, ſicut & diſcidentes: non eſt verò diſ-
ſimile, Domini corpus impura mente ſu-
ſcipientes, eandem ſubire vindictam cum
his: qui clavis ipſum diſciderunt.

Baſilius, locum ſupra citauimus.
Quanto magis, qui cum peccato ſit,
corpus Domini contingere audeat, grauius
ſibi accerſit iudicium?

Auguſtinus ad Fratres in Ere-
mo, Sermone 38.

Aliquādo bona obſunt: & mala quan-
doq; profunt. Corpus enim Domini, quod
bonum eſt, malis malum eſt.

Libro 5. contra Donatistas de Ba-
ptismo.

Sicut Iudas, cui buccellam tradidit
Dominus, non malum accipiendo, locum
in se Diabolo præbuit: sic indignè quisq;
sumens Dominicum Sacramentum: non
efficit: vt, quia ipse malus est: malum sit:
aut quia non ad SALVTEM accepit, ni-
hil acceperit. Corpus enim Domini, &
sanguis Domini, nihilominus erat illis:
quibus dicebat Apostolus: Qui mandu-
cat indignè: iudicium sibi manducat, &
bibit.

Idem lib. 2. contra Epistolam Pe-
tiliani, cap. 37.

Quis nostrum dicit, esse participatio-
nem iustitiæ cum iniquitate? etiamsi iu-
stus, & iniquus, sicut Iudas, & Petrus, pa-
riter Sacramenta communicet? Ex VNA
QUIPPE SANCTA, Iudas sumebat
IUDICIUM: Petrus salutem.

Caput XLV.

Hæc.

Presentia
 est rei, aut
 personæ a-
 licuius al-
 teri qualis-
 cunq; præ-
 sentia, aut
 vnio. seu co-
 pulatio.

Hactenus de multiplici præsentia
 Christi in sua cœna, ex Patrum auctori-
 tate, differuimus: primum de eius in Ec-
 clesiæ epulo, præsentia, & administratio-
 ne: qua non solum præbet ipse coram, ean-
 dem cœnam: quam dedit suis duodecim
 Apostolis: sed etiam, per ministerium e-
 xternum, visibile, ipse inuisibilis, & re-
 gnans ubiq; omni tēpore instruit, & ex-
 hibet, suæ passim sparsæ Ecclesiæ. Deim-
 de, de corporis, & sanguinis ipsius præ-
 sentia, atq; vnione: quâ non tam panis, &
 vino, quàm ori corporeo, totiq; homini, in
 hoc vsu, nimirum vescenti, & bibenti, il-
 la vnita, atq; copulata sunt Sacramenta-
 liter: postremò, de eiusdem Christi præ-
 sentia dictum quoq; à nobis est, ex senten-
 tia Sanctorum Patrum purioris Eccle-
 siæ, hoc est, de incorporatione, mansione,
 vel seruatoris, vel Iudicis Christi, in ijs
 qui eius corpus, & sanguinem, in cœnæ
 communionem, assumpserunt. Quamobrem
 desinant tandem Sacramētarij, Stenck-
 feldia

feldiani, Catabaptistæ, & similes heretici, nobis, per calumniam, impudentissimè obijcere: nos nouum dogma, à D. Luthe-
ro inuentum, & propagatū, tueri, latius spargere, atq; vti hyperbolis inusitatis. Audiant igitur isti ignari antiquitatis, suam vetustatem piam, & eruditam. Ex qua, si volent, facile animaduertent, non nos, sed ipsos non solum noui, verum etiā renouati, olimq; damnati, iudicio Ecclesie grauissimo, imò ipsius Christi verbis Anathemate percussi placiti, seu portenti potius, esse autores, instauratores, propagatores, pertinacissimosq; defensores.

Sequitur Terminus, aut finis: qui ponitur, vt Dialectici loquuntur, καὶ ὁ μὲν ἕτερον ἢ τὸ αὐτὸν, cæna. Neq; enim hanc τὸ αὐτὸν ἕτερον, illi vitant in relatiuis explicandis. Veruntamen interpretanda hæc dictio est, καὶ ἕτερον ἢ τὸ αὐτὸν, diuerso nomine. quod aut est τὸ αὐτὸν ἕτερον, aut ἕτερον ἢ τὸ αὐτὸν: id est, non par, & idem: sed dispar, atq; diuersum. Idem significans nul-

Aliud relatiuū, Cæna

lum aliud, præter cœcenationem, & *Quid*
δειπνον extat. Vt cœna, sit rerum, in cœ-
 na sumendarum, cœna, seu concœnatio:
 vt non ad personas plures, sed ad diuer-
 sas res verbum istud transferendum es-
 se videatur. At sunt, qui concœnationem
 à cœna distinguunt numero cœnantium:
 vt illa plurium sit: hæc etiam esse vnius
 possit. Certè in præsentì controversia non
 inscitè, aut perperam vteremur vocabu-
 lo Concœnationis. Vnius enim sacrifici in
 angulo Missificantis, aut negotiantis po-
 tius, non est cœna Domini. Itaq; cœna ter-
 minus sit concœnatio. Eius interpreta-
 tio fiet per *εἰς πρῶτον*, diuerso nomine:
 latiore videlicet, ac superiore: vt est con-
 iuiuium. Quod tamè verbum, alterius cu-
 iusdam est potestatis. Non enim domesti-
 corum est: sed externorum: non quotidiana-
 norum hominum, sed inuitatorum certis
 temporibus conuiuarum. Itaq; nec epu-
 lum genus erit cœnæ superioris. Ex quibus
 sequitur: cum cœna sit ex relatorum ca-
 tego-

Coniuiuium
 accidit cœ-
 na: & con-
 trà, hæc il-
 li, quare im-
 propriè po-
 netur pro
 genere.

tegoria: quæ nō habent, vt illæ, generum,
 differentiarum, formarumq; diductionē:
 rei genus petendum esse, aut ex funda-
 mento, aut ex termino. Non ex funda-
 mento: nam illud pro differentijs ponetur
 in hac quæstione. Sumetur ergo ex ter-
 mino. Nam in relatiuis, aliquando fun-
 damentum pro genere, terminus pro dif-
 ferentijs collocatur: & contrā, non rarò
 terminus, pro genere, fundamentum, pro
 differentia constituitur in definitione. Id
 quod res ipsa docet. Hic tamen obseruan-
 dum est præterea, vnius alicuius relatiui
 neq; vnum fundamentum, neq; vnum ter-
 minum esse: verum duos. Si duo: erūt pro-
 fectò illa tanquam duo genera, pro vno
 posita. Id quod ex hoc proposito intelligi
 potest. In omni enim cæna, quæ quidem sit
 perfecta, fundamenta duo sunt: vnū vi-
 ctus: alterum potus. Eamq; ob causam,
 duo etiam erunt termini, ad quos illa re-
 ferentur. Cum autem vtrunq; rerum ge-
 nus ore sumatur corporeo: poterit gene-
 ralis

ralis constitui terminus: Cœnam esse sum-
 ptionem, quæ fiat ore. Sed & illud nimis
 remotum est: cum multa capiantur ore
 etiam extra cœnam, seu esum, & potum.
 Quocirca, ut proximum sumamus, dice-
 mus, cœnam esse manducationem, & po-
 tum. Finis enim eius est manducare, &
 bibere. Et quoniam hoc cum ientaculo,
 prandio, omniq; epulo, aut conuiuio habet
 commune: patet hæc duo quasi genera es-
 se ut cæterorum, ita etiam cœnæ. Quasi,
 inquam genera: ei, quod vnius rei tantum
 est vnum verum genus: & quod relato-
 rum alia est vis, atq; natura. Ineptè po-
 nentur fundamenta pro genere in hac
 materia. Ut si quis dicat: Cœna est panis
 datus, ad manducandum: & vinum ad
 bibendum. Etsi enim id in multis, nempe
 tenuiorum hominum aridis cœnis verum
 est: tamen id non est perpetuum: nec sub-
 iectæ rei vlla ratione conuenit. Itaq; cœ-
 nam rectius esse dicemus, manducatione
 propositi victus, & haustum exhibiti po-
 tus: quicumq; ille sit.

Cœna Dominica.

Ex his omnibus perspicuum est: quoniam pacto, cœnam Dominicam, quæ species est cœnæ, oporteat definire. Est enim cœna Dominica, manducatio, & potus, rerum à Domino ipso appositarum, & exhibitarum, hoc est, ipsius Domini, ac proinde eius corporis, & sanguinis, quæ pane, & vino exhibentur: quæ sumptio, fit ore corporeo. Ut autem geminus est terminus, ἑρπῶσις, & πῶσις: sic fundamentum bifariam est duplex. Dantur enim à Christo duo in eius cœna rerum genera: unum terrenum, & visibile: panis, & vinum: alterum cœleste, & inuisibile: veruntamen in eodem loco, ἀπερὸς ἀπῶσις, cum illo ἐνώσει μυστικῇ, unitum, atq; coniunctum. Ac cum multis alijs modis differunt: tum hac etiam ratione: quod terrena, non sunt principalis illa res cœnanda, τὸ κύριον πρᾶγμα: ut sunt cœlestis esca, & potus: sed sunt ἐπισημασμένα, illis tanquam seruiencia: & propterea se-

cundaria, non primaria. Nam panis, & vinum propter corpus, & sanguinem, scilicet distribuendum, & sumendum, adhibentur. Itaq; hæc sunt cœnæ materia: illa autem veluti organa quadam horum exhibitionis, & sumptionis. Nam & in quotidianis cœnis panis sæpenumero instrumentum quoddam est: quo alium cibum ore capimus. Quare fundamentum cœnæ primum est bipartitum: panis, & corpus Christi: alterum etiam geminum: poculum, seu potus, aut vinum, & sanguis Christi. Est ergo definitio hæc ἀξίωμα: Cœna Dominica est aliquarum cœnandarum rerum, ab ipso Domino exhibitarum cœna, seu concœnatio. Illa autem ὡς ἰσχυρὴ, finita. Cœna Dominica est manducatio panis, qui est & corpus Christi: pro nobis traditum: & potus vini, quod est & sanguis Christi, pro nobis profusus. Itaq; nihil aliud est: quàm ipsius Domini intra nos sumptio, facta in eius commemorationem. Vnde κωμικὴν est appel-

appellata. Porrò in definitione, termini pro genere ponuntur: qui sunt edere, & bibere. Errant igitur: q̄ vnũ eius terminũ esse cõtendunt, Credere. Vt cœna Domini sit, sumpto pane, & vino credere corpus Christi pro nobis traditum esse, & sanguinem ipsius pro nobis profusum: illudq̄ facere in recordationẽ Domini, eiusũe mortis annunciationem. Nam Christus inquit, Hoc, quod iussi vos accipere, & EDERE (non dicit credere) EST meum corpus. Hoc, ex quo iussi vos omnes BIBERE (non ait, ex quo poculo vos iussi credere) EST meus SANGVIS. Ac suprà diximus, Credere esse spiritualiter etiam extra vsum cœnæ, manducare carnem Christi, seu panem Dominum, qui panis descendit de cœlo: & bibere eius sanguinem. De qua fidei manducatione, & potu differit Christus Ioannis sexto. Hic autem sacramentalis externus, & corporalis est esus, & potus non tam panis, & vini: quàm corporis, & sanguinis Christi.

Itaque termini ducuntur ex actione, quæ est huius prædicamenti. Manducatio enim, & potus sunt actiones. Falsi igitur termini sunt Sacramentariorum, & Anabaptistarum: credere mentem fidelem, vel animam eleuare, & attollere imaginando, in cælum Empyreum: & in illud ascendere. Item falsus terminus est ἀναμνήσκω, recordari Domini, vel καλῶν γέλλειν ἢ δάσασον αἰτῶς, annunciare mortem Domini. Nam effectus, & fructus, est dignè manducantium, & bibentium. Itaque anathema esto furiosi regis, vel latronis Catabaptistici, qui Monasterij, in vrbe Vuestphaliæ primaria: sic cœnam descripserat: accipite, edite, bibite, regales illas dapes, & potum: annunciate mortem Domini. Falsi & Papistarum termini sunt. Deo offerre hostiam in cruetam: cum Christus se nobis det, & offerat: item adorare panem, & calicem, seu vinum transmutatum in corpus, & sanguinem Christi: asseruare, & reponere in capsula, ædiculaq; idolatri-

Vide Sleidanum, libro 10.

latrica, adhibito lumine perpetuo, deniq;
 in pompa in vijs, & agris circumferre.
 Haftenus de terminis, & quasi limitibus
 cenæ: quos ipse Christus constituit, & de-
 finiuit: quos fanatici homines, & idola-
 trici sacrificuli, & monachi transiliunt.
 Sed meminerint illud Christi discipuli,
 μηδὲ ὑπερ τὰ ἑκαταμύρια πηδᾶν: μηδὲ
 ὑπερ τὴν τετράπεζαν, τὸ χεῖρσὸ παρα-
 βαίνον.

Sequuntur alia Relatiua
 nomina personarum.

FRATER, ἀδελφός.

Ἦν, ὡς, ἀδελφοί μου, &c. i. Cor. ii.
 Est autem frater proprie persona, quæ
 fratrem, aut sororem, fratres, aut sorores,
 ex ijsdem parentibus prognatas habet.
 Correlatiuum igitur est alter frater, aut
 soror: Terminus, eos habere ex utroq; ve-
 ro parente ortos. In diuinis autem literis
 πάλιν ὡς fratres, & sorores dicun-
 tur omnes: qui nobiscum eundem fratrem
 c 5 habent

habent Christum, qui à δὲ ἰδὲ ὅς ἐστὶν ὁ
 ster, ratione assumptæ humanæ naturæ,
 in personæ vnitatem, qua coniunctione,
 & propinquitate, nihil est dulcius, nihil,
 quod nobis maiorem fiduciam, spem, &
 consolationem adferre possit. Sumus &
 filij iam non iræ, sed gratiæ: cuius verò
 Patris? Cælestis: qui est & Pater Domi-
 ni & fratris nostri, Iesu Christi. Sed eius
 Patris filius naturalis est, genitus ab æ-
 terno, conceptus in tempore, non à patre
 homine: sed à Spiritu sancto, natus autē
 ex virgine Maria, sua matre. Nos verò,
 quanquam filij sumus: tamē & ἰσθῆς ἰσθῆς,
 & adoptionis sumus, cooptati in filiorum
 numerum, propter verum & heredem, &
 Filium Christum. Sumus tamen filij etiā
 Dei Patris, Filij & Spiritus sancti, ra-
 tione creationis, sustentationis, conserva-
 tionis, atq; gubernationis. Huc respicit
 Dominus, & frater noster, Matth. 12. Cū
 autem adhuc loqueretur turbis: ecce Ma-
 ter, & fratres eius stabant foris, queren-
 tes ei

tes ei loqui. Dixit autem illi quidam: Ecce Mater tua, & fratres tui foris stant: querentes tibi loqui. At ille respondens, dixit ei, qui sibi renunciauerat: Quæ est mater mea: aut qui sunt fratres mei? Et protensa manu sua, in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quis enim fecerit voluntatem Patris mei, qui est in cælis: is meus frater, & soror, & mater est.

Dilectus, ἀγαπητός.

Paulus 1. Cor. 10.

Διότι ἀγαπητοί μου, &c.

Dilectus est persona, quæ à nobis diligitur: seu quam vera charitate complectimur. Iuxta illud: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Item, Diligite inimicos vestros. Τὸ ἀντισπέφον est is, qui alterum carum habet. Terminus, ut τὸν ἀγαπῆν ἐν ἀμῆμῃ, sicut nosmetipsos. Itaque inter ἀγαπῆν, requiritur mutuus amor, mutuaq̄, & par beneuolentia.

Caput

Caput XLVI.

Alia exempla rerum de Cœnarum
fundamento.

Deinceps rerum, in hoc attributo re-
latorum, exempla perpēdamus. Inter ea
præcipuum locum, propter institutâ qua-
sitionem, sibi vendicat, τὸ δὲ πρῶτον, cœna.
Diximus autē supra, cap. II. & superiore
proximo hoc verbū generis habere naturā.
Ac quoniā non est ex numero τῶν ἀξέτων,
quæ rei nullius alterius respectu conside-
rantur: nemo dubitat, ad hunc locum il-
lud propriè pertinere.

Aristotelici duo genera definiendo-
rum relatorum tradunt: unum ἀόριστον,
infinite: alterum ὁρισμένον, finite.
Exemplum prioris est: Cœna est rerū cœ-
nandarū cœna. Etenim res illas respicit.
Hinc Dialectici partē definitionis primā
vocant τὸ πρῶτον: alteram, in ὁρισμῶ,
seu expositione, partim ἀντισπέφον, Cor-
relatiuum: partim Fundamentum, aut
etiam

nam Terminū. Sed illud obseruet studi-
 osi: correlatiuum, & fundamentum, sepe
 eadē esse. Vt in proposito exemplo.
 Omnis enim cœna vt correlatiuū, sic fun-
 damentum, est res cœnanda. Verbi gra-
 tia, victus, aut potus: sine quibus cœna
 esse nulla potest: nisi quis aëre vesci cupi-
 at: aut se alicubi cœnare putet, quadam
 phantasia, aut etiam somnio. Neq; tamē
 illa ipsa φαγησικὴ, aut ἐμπνησικὴ cœ-
 na, suo correlatiuo, tanquam fundamen-
 to carebit. Quapropter omnis cœna suum
 habet ἀσχετικὸν αἶτιον, ἢ πρᾶγμα
 ἀπὸ τοῦ: quo sublato: etiā illa ipsa tol-
 lerur simul cœna.

Diximus supra de terminis principa-
 lib. & ultimis: nō sunt tamē hic prætere-
 medi intermedij: vt, panis sumptio, fra-
 ctio, porrectio, gratiarum actio, pronun-
 ciatio verborum institutionis. Iuxta il-
 lud: Iesus accepit panem, & gratijs actis,
 fregit, deditq; eum discipulis: & ait, acci-
 pite, &c. Qui termini ad dispensatorem
 perti-

Termini
 intermedij
 ad principa-
 lem, seu vl-
 timum de-
 stinati.

pertinent: quemadmodum ad cœnantem,
 accipere. Eadem, in altera, quam vocât,
 specie, ratio terminorum est: poculi sum-
 ptio, gratiarum actio, dispensatio, verbo-
 rum pronuntiatio. Iuxta illud: Et acce-
 pto poculo, cum gratias egisset, dedit il-
 lis, dicens, Bibite ex eo omnes. Ergo hi
 termini sunt à parte ministrantis: itaq;
 à parte cœnantis est Bibere. Et biberût,
 inquit Marcus, ex eo omnes. Atq; hic est
 ordo terminorum: quorum princeps est,
 ad quem cæteri sunt ordinati, comedere,
 & bibere, eis ἀνάμνησιν τοῦ κυρίου, pa-
 nem, qui est corpus Christi, & vinũ, quod
 est sanguis Christi. quæ iam sunt funda-
 mentum huius cœlestis epuli. Nunc igitur
 de correlatiuo, & fundamento. Id ex
 categoria Substantiæ eruitur. Cœna enim
 Domini est rerum cœnandarum, quæ di-
 stribuuntur, & sumuntur in ea actione.
 Iam verò Christus dedit panem, sed qui
 est corpus suum: dedit item vinum: qui
 est & sanguis suus. Itaq; fundamentum
 sunt

De funda-
 mentis cœ-
 næ.

sunt non solum res terrenæ, panis, & vi-
 num: verum etiam res cælestes, corpus, &
 sanguis Christi: vel totus Christus, Deus,
 & homo perfectus, constat anima, & cor-
 pore. Errant igitur Pontificij: qui panem
 & vinum annihilant: eorumq; substan-
 tiam, manentibus solum accidentibus, si
 ipsi credimus, conuertit, & mutari garr-
 unt, in corpus, & sanguinem Christi. Nec
 minus errant Sacramentarij: qui funda-
 mentum, & substantiam cœnæ tollunt ex
 Ecclesia, nimirum corpus, & sanguinem
 Christi: cum Dominus asseueret, Hoc,
 quod editis, & bibitis, est corpus meum,
 & sanguis meus. Pro quibus alij substi-
 tuunt diuinitatem, alij Spiritum Christi.
 Cur ergo nõ dicit: Hoc est diuinitas mea:
 aut spiritus meus? Alij spiritualementem gra-
 tiam: alij fanatici vigorem carnis Chri-
 sti: alij meritũ, & beneficia eius, alij ius,
 & societatem cũ Christo, aut in eius cor-
 pore, excogitarunt. Mirum est, quòd non
 præsepe, aut fascias, quib. inuolutus fuit
 infans

infans Christus: aut vestimenta, purpuram, coronam spineam, uestem infulentem, sindonem, aut etiam sudarium in sepulchro, aut aliud quippiam tale, constituit cœnæ fundamentum. Erunt fortassis, qui animam Christi, contendunt esse cœnæ substantiam, & fundamentum. Nos autem, sprete amentium istorum hominum furoribus, Christo, veritatis solido fundamento innitamur, & credamus: qui clare pronuntiando, & affirmando, dicit: hoc est corpus meum: hoc est sanguis meus. Nō enim inquit, Hoc est anima mea: hoc est carnis meæ vigor, quo ad vos, virtute, aut vt Beza nugatur, Spiritus sancti omnipotentia, descendo. Multo minus inquit: Hoc est memoriale corporis, & sanguinis mei: vt de alijs commentis, & portentis interim taceam.

De Baptismo.

Sic baptismi fundamentum non est actio, sed persona baptizanda, vt homo, non renatus ex aqua, & spiritu Sancto. Terminus est ipsa mersio, seu *Λουτρον*, *lana-*

lauacrum, quod fit elemento: sed externa
 hæc actio, terminus est, ordinatus ad prin-
 cipales: qui sunt, παλιγενεσία, & ἀνα-
 κένωσις & πνεύματὸ ἅγιον, regenera-
 tio, & renouatio Spiritus sancti: qui est
 ignis, quo nos Christus præsens ministerio
 suo, baptizat. Itaque terminus præcipuus,
 est remissio peccatorum, & ablutio tan-
 quam sanguine Filij Dei, quam hic ritus
 significat. Eius organum est elementum
 aquæ. Cæterum terminus intermedius e-
 tiam est, & causa efficiens baptismum,
 pronuntiatio verborum: Ego baptizo te
 in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
 sancti, addita elemento aquæ, cui ter mer-
 gitur, aut baptizatur infans, aut adul-
 tus, nondum per hoc sacramentum rena-
 tus. Ita terminus est receptio huius ho-
 minis: qui interea mergitur à Deo, in nu-
 merum filiorum adoptionis, propter Chri-
 stum, ac proinde cooptatio eiusdem, in con-
 sortium Ecclesiæ: cuius efficitur viuum
 membrum. Fundamentum igitur est
 d homo

homo baptizandus, & aqua, per quam baptizatur, à Baptizante: terminus, est omnis actio, à Christo ad hoc Sacramentum, destinata. Sic corrigi debet additio, quam in tabulis Augustanae confessionis posui, ex Dialecticis Philippi Melanthonis. Is enim fundamentum baptismi esse dicit, mersionem, & pronunciationem verborum. Quanquam autem principales partes actionis sunt illa duo: tamen fundamentum, non ex actione, sed ex substantia sumitur: ut est persona abluenda, & regeneranda: terminus autem ex actione petitur, estque omnis baptismi propria actio. Instituta enim est, ut mergatur is homo in nomine Sanctae Trinitatis: quae mersio est lauacrum regenerationis, & Spiritus Sancti: ut Paulus definit. Itaque peccatorum remissio, & adoptio filiorum, & hereditas caelestis, & propterea insitio in Dei Ecclesiam, praesupponitur.

Ex

Ex his facile intelligi potest, quæ
sint causæ Baptismi.

Confi-
ciens,

Efficiens, est Christus: qui Ba-
ptismum instituit, et suo cor-
pore consecrauit.

Applicans, idem Christus est:
qui baptizat igni: & mini-
ster. Iuxta illud: Baptizate
omnes gentes.

Mate-
ria,

In quam, ut obiectum, est homo
baptizandus.

Per quam, est aqua.

Forma, est ipse ritus, seu ceremonia tota:
ut actio ipsa,mersio, & pronüciatio ver-
borum Baptismi.

Finis,
ut ñ

παλιγενσία, regeneratio.

ἀνακαίνωσις τοῦ πνεύματος ἁγίου, renoua-
tio Spiritus Sancti.

ἀφεσις ἁμαρτιῶν, remissio peccatorum.

χριστιανισμός, adoptio filiorum Dei.

κληρονομία τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, hereditas
regni cælestis.

Cau-
sa eius
igitur
alia est

Facilis igitur etiam est omnium veterarum, aut quæ tales esse videntur, definitionum cœnæ Dominicæ dijudicatio. Quidam enim sic eam describunt: Cœna Domini, est actio sacra: in qua manducatur caro Christi, & bibitur sanguis Christi. Imperfecta definitio est, & latior ipso definito. Nam & credere est sacra actio, qua manducatur, & bibitur spiritualiter caro, & sanguis Christi. De quo esu, & potu agitur in sexto Ioannis. Alij sic eam definiunt. Cœna Domini est sacramentum: in quo sumuntur ore sacra symbola Christi corporis, & eius sanguinis: quæ sunt in cælo, ad dextram Patris. Falsa, & absur-

Νήπιος da hæc est explicatio. Νήπιος quidam, seu Cnipertollius, ad istum modum, adumbrat suam τὸ πικρὸν cœnam. Quid est, inquit, Cœna Domini? ac responderet: Est sacrum conuiuium, à Christo Domino, ad sui memoriam institutum: de cuius sanctificato pane, & calice, dum fideles edunt, ac bibunt: veri corporis, & sanguinis Christi, si-

ſi ſunt ita participes: vt Chriſtus vi-
 uat in eis: & ipſi in Chriſto: bonisq; omni-
 bus in Euangelio promiſſis, potiuntur.
 Hæ Cnippicæ ſunt ampullæ, & ſesquipe-
 dalia verba: quæ poſtea in ſua ἀπεθόδω
 methodo, ſatis Caluiniariè interpretatur.
 Non enim ſentit, panem eſſe corpus Chri-
 ſti, & vinum eius eſſe ſanguinem præſen-
 tem, in manducatione, & potu, qui fit ore
 corporeo. Quid autem iſte homo, malè fe-
 riatuſ, intelligat per Sanctificatum pa-
 nem, nondum aſſequor. Etenim conſtat,
 ἀγίας πὸν fieri hiſ Chriſti verbis. Hoc
 (quod ſumitis, & manducatis ore) EST
 corpus meum. Nunc igitur ſanctificatus
 panis, non eſt communis, aut vulgaris: ſed
 ſacer, & diſpēſationi corporis Chriſti de-
 ſtinatus. At iſte Andronicus, hunc Virū
 nondum deuicit: qui dixit, Hoc eſt ſan-
 guis meus. nondum etiam Caluini ſui ma-
 giſtri delirium probauit: Chriſtum ſecun-
 dum humanam ſuam naturam, tam pro-
 cul abeſſe à cœna: quàm procul à terris
 d 3 abeſt

abest visibile cælum; mundi pars altera. Nec unquam probavit, è cælo superiore Cingliano, vigorem carnis Christi ad nos defluere, aut destillare. Id quod Calvinianis significat corpus Christi. Nugatur postea idem Sophista, in participatione, quam interpretatur, ut alij fanatici Cœnonistæ, per ius in corpore Christi, & omnibus eius meritis. Vera autem est illa descriptio rhetorica. Cœna Domini est conuiuium opiparum, sacrum, atq; celeste, cuius instructor est Christus: & quod ritè celebratur in Ecclesia: in quo Dominus suos conuiuas non pane, & vino solo cibatur, & potatur: sed eo pane, qui est corpus Christi, in manducatione oris: & eo vino: quod est & sanguis Christi. In quo conuiuium, inquam, alit omnes conuiuas ambrosia, & nectare illo immortalitatis, hoc est, spiritali esca, & potu, ad vitam æternam, & ad corporum nostrorum resurrectionem. Hæc enim Ἐγγαφὴ sumpta est ex cœnæ institutione: non ex cerebro humanæ rationis.

Τὸ δευ-
κόν, vel
ἀνθοεισ-
μός.

Caput XLVII.

KOINΩΝΙΑ, Communicatio,
seu participatio.

Est & hoc relatiuum nomen. Nam Communicatio est rei communicandæ cōmunicatio, seu vt Græcè loquerētur Dialectici, Κοινωνία ἐστὶ τῆς κοινωνητοῦ τινὸς πραγμάτων & κοινωνία. Fundamentum igitur eius latet in substantijs. Res enim quæ communicatur, est principaliter corpus, & sanguis Christi: non panis, & vinū: quæ etsi distribuuntur, & sumuntur: tamen non propter se communicantur: sed participantur propter aliud rerum genus, corpus videlicet, & sanguinem Christi. ἐστὶ δὲ αὐτῶ, ἀλλὰ δὲ ἄλλο. Itaq; Paulus nō inquit, corpus, & sanguis Christi, est communicatio panis, & vini: sed contrā, panis, & poculum est communicatio corporis, & sanguinis Christi. Fit enim illa κοινωνία, his symbolis, tāquam organis quibusdam. Itaq; & correlatiuum eius est

res eadem, nempe communicanda. Terminus τῆ κοινωνίας, est distributio, & sumptio, ἢ μετάδοσις, καὶ ἢ μετέληψις. Hec enim Christi verba, significant communicationem, seu exhibitionem, atq; dispensationem: Iesus acceptum panem FREGIT, & DEDIT discipulis. Et Apostolus, Panis, inquit, quem FRANGIMUS, nunquid est communicatio, seu distributio corporis Christi? Similiter poculum acceptum, gratis actis, DEDIT illis. Sumptionis, & participationis, τῆς μετέληψως, καὶ μετῆχως, sunt illa: Accipite, comedite. Et, Bibite ex eo omnes: biberuntq; ex eo omnes. Falsum enim est: quod Cœnonistæ hic κοινωνίαν interpretantur pro societate, & iure, quod habemus in corpore, & sanguine Christi. Nā in quacūq; propositione, illud verbum significat societatem, aut consortium: in ea pars prima, videlicet subiectum, semper est persona, nunquam res aliqua. Vt in hoc: ἡ δὲ δέλω δὲ τῆ μαζῆ κοινωνίαν δαμνίαν

μόνων γίνεσθαι. Nolo autem, vos con-
 sortes Daemoniorum esse. Das ζ X in
 der Teuffel gemeinschaft sein solt.
 Sic igitur Græci loquuntur: τινὰ κοινω-
 νων γίνεσθαι τινος, cum gignendi casu. V-
 bi autem subiectum quadam est res: utū-
 tur isti Dativo, interposita præpositione
 πρὸς, vel μετὰ. Verbi gratia: τίς ἢ κοινω-
 νία φωτὶ πρὸς σκότος; quæ luci commu-
 nitas est cum tenebris? Ergo dicimus:
 τινὶ κοινωνίαν εἶναι πρὸς τινα. Eodem
 modo utimur verbo μετοχῆς, cum non
 participationem: sed consortium, & com-
 munitatem notat: ac tum ponimus sine
 præpositione utrunq; dativum. Vt, τίς γὰρ
 μετοχὴ δικαιοσύνη, ἢ ἀνομία; Similis
 cū superiore structura est in ijs, quæ sunt
 πωλοσήμαντα, ut Exempla huius gene-
 ris sunt in eodem loco: τίς δὲ συμφώνη-
 σις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; quæ concordia
 est Christo cum Beliale? τίς μερὶς πιστῶ
 ἢ ἀπίστου; quod credenti cum incredū-
 lo commercium? τίς δὲ συγκατάθεσις ναῶν

θεοῦ μετ' εἰδώλων; quæ cōuenientia tem-
plo Dei, cum simulachris? Itaq; loquen-
di istas formulas studiosi obseruent, atq;
annotent.

Τινὶ συμφώνησίν τινα εἶναι πρὸς τινα.

Τινὶ μερίδα τινα εἶναι μετὰ τινος.

Τινὶ συγκατάθεσίν τινα εἶναι μετὰ τινος.

Item,

Τινὶ κοινωνίαν τινα εἶναι, ἢ γίνεσθαι πρὸς
τινα, ἢ μετὰ τινος.

Ex his, & similibus perspicuum est,
nomen κοινωνίης, tum consortium, & com-
munitatem, aut societatem significare:
cum ei adiungitur gignendi casus, qui est
non rei, sed personæ. Sic enim Græci lo-
quuntur: τινα κοινωνόν γίνεσθαι τινος: ali-
quem consortem esse alicuius: seu in eadē
cum eo esse societate, & cōmunitate. Sed
quando adijcitur illi genitiuus, qui rem
denotat: tum significatur semper partici-
patio, aut sumptio. Vt in illis: κοινωνός τῆς
τραπέζης, particeps mensæ: & κοινωνός τῆς
θυσιαστηρίου, particeps altaris, vel sa-
crifi-

crificij. Est β tum verbum eiusdem cum suo cognato, Μέτοχος, potestatis.

Exempla.

Hebræorum 12. $\eta\varsigma$ (παιδείας) μέτοχοι γεγονάσι πάντες: cuius castigationis participes estis omnes.

Philip. 1. συγκοινωνῶς μου $\eta\delta$ χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας: cum sitis omnes mecum gratie participes.

Sic verbum μετέχειν construitur cū genitiuo, vel immediate, νεῖραπέζης κυρίου μετέχειν: vel mediante præpositione, $\epsilon\kappa$ τῆς ἐνὸς ἄρτου μετέχειν. Eadem est β κοινωνεῖν verbi, ratio. Vt ex his Nazianzeni verbis apparet: τὸ ἄρτον οὐ μετέληφας: τὸ πῶληρον, δ κεκοινωνήκας.

Hæc dicuntur omnino, de participatione, $\epsilon\tau$ sumptione: quæ fit manducando, $\epsilon\tau$ bibendo. Quæ causa est: ut Apostolus hæc verba illis adiungat: ἐδίψη, $\epsilon\tau$ πίνευ. Sic enim scribit: δ χι ἐδίψητε τὰς ψυχὰς, κοινωνοὶ τῆς ψυιασηρίου εἰσίν; Et, δ δύναθε πῶληρον κυρίου πίνειν, χ πῶληρον δαι-

δαμονίων. pro κοινωνίᾳ τῆς ποτηρίου ἔ-
 κυρίου, καὶ τῶν δαμονίων. Est ergo κοινω-
 νία εἶναι τῆς τραπέζης, ἢ ἡρώου ἔκυρακῆ
 δείπνου, ἢ τῆς σώματος, καὶ τοῦ αἵμα-
 τος ἔχριστοῦ, nihil aliud, quàm, ut Apo-
 stolus exponit, κυρακὸν δείπνον φαγεῖν,
 τοῦτ' ἐστὶ, τὸ σῶμα τῆς χριστοῦ ἐσθίειν, καὶ
 τὸ αἷμα αὐτοῦ πίνειν. At nullo exemplo
 doceri potest: κοινωνίαν significare socie-
 tatem, communitatem, aut ius, in hac
 propositione: ὁ ἀρετὸν ὄν κλῶιδον, οὐχὶ
 κοινωνία ἔσώματ' ἔχριστοῦ ἐστὶ; τὸ
 ποτήριον, ὁ βλογεῖδον, ἔχὶ κοινωνία τῆς
 αἵματ' ἔχριστοῦ ἐστὶ; Neq; enim vel
 panis, cum corpore Christi, vlla est socie-
 tas, communitas, atq; commercium: neq;
 poculo, cum sanguine Christi. Societas e-
 nim omnis inter personas est: inter res pro-
 priè nulla est consociatio. In cæna Domi-
 ni, est quidem coniunctio, copulatio, ἔν-
 νιο signorum, cum rebus signatis: sed nul-
 la societas est his symbolis cum Christo.
 Deinde κοινωνία non construitur hic cum
 dati-

dati: ut illic: τίς κοινωνία Φωτὶ πρὸς
 τὸτ' & ; τίς μερὶς πρὸς μὴ τῆ ἀπίστου;
 Nullam igitur in his propositionibus no-
 tat societatem, nullum ius. Ostendant
 igitur Sacramentarij exempla similia:
 quibus exincāt, κοινωνίαν significare cō-
 munitium, societatemūe cum aliquo, aut
 ius, atq; potestatem, quæ nobis est in re
 quapiam.

Exempla, in quibus verbum κοι-
 νωνεῖν, significat, participem esse.

Nazianz. κοινωνήσον αἵματος: esto par-
 ticeps sanguinis.

Xenoph. σίτου, καὶ ποτοῦ κοινωνεῖν; par-
 ticipem esse cibi, & potus: vel hoc vti
 communiter: in utriusq; partē venire.

Plato. κοινωνήσειον πᾶσι τούτων. omnes
 horum debent esse participes.

Exemplum, in quo idem valet,
 quod communicare.

Plato. πόνον Ἰππὶ σίτου παρασχέῃ, καὶ
 ἄλλοις κοινωνεῖν: laborem, qui propter
 frumenti comparationem, suscipitur,
 cum alijs communicare.

In his cum datiuo iunctum, est soci-
cietatis, aut consuetudinis.

Idem Plato. ὁ τοιοῦτος τῷ τοιούτῳ κοι-
νωεῖ: talis cum tali consociatur.

Idem. κοινωεῖν τινι, dicit, pro consuesce-
re cum aliquo.

Et, κοινωεῖν ἀλλήλοις: conuenire aliqui-
bus, inter ipsos.

Item, κοινωῶ σοι τὴν ὁμολογίαν, inter nos
conuenit.

Et, κοινωῶ σοι κοινωνίαν: tecum habeo
commercium.

Demosth. εἰδέν κοινωῶ σοι: nihil tecum
habeo commune.

In his κοινωνία participationem
significat.

Naxianz. λόγου κοινωνία, rationis par-
ticipatio.

1. Cor. 13. ἡ κοινωνία τῷ ἁγίου πνεύματι
καὶ πάντων ὑμῶν communicatio

Spiritus sancti sit cum omnibus uobis.
Operat enim, ut sint participes Spiri-
tus sancti, sua essentia, non tantum do-
nis,

nis, habitantis in ipsorum pectoribus.

In his societatem significat, aut simile quippiam.

Aristot. ἡ πρὸς ταῦτα κοινωνία: communitio, quæ cum his intercedit.

Plato. κοινωνία μοι πρὸς σε: societas, atq; coniunctio, quæ est mihi tecum.

Huc pertinent illa:

Epist. 1. Ioan. 1. ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μετ' ἡμῶν, ἣ ἡ κοινωνία δὲ ἡμετέροισι μὲν τῷ πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ. ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra, sit cum Patre, & Filio eius Iesu Christo.

Et paulò post:

κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, societatem habemus inter nos mutuam.

Est & alia phrasis apud Paulum, à superioribus significatione distans: μὲν χαρῆς πλὴν δέησιν ποιούμενος, ἵπτι τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν, εἰς τὸ εὐαγγελιον: cum gaudio precamur

precationem faciens : quod veneritis in
 communionem Euangelij.

Sed quid opus est, hac Grammatica
 disputatione? Etenim locus Pauli i. Co-
 rinth. 10. de κοινωνία, nihil agit de socie-
 tate, quam habemus cum Christo : nihil
 de iure, quod nobis est cum eius corpore,
 atq; sanguine : deniq; nihil de nobis disse-
 rit Paulus : sed de pane, eiusq; distribu-
 tione : & de poculo benedictionis : quid ni-
 mirum sit ille panis, illudq; poculum. Iam
 neq; pani, neq; calici est societas cum Chri-
 sto : in quo nullum ius habent : sed sunt
 tantum quaedam instrumenta commu-
 nicationis corporis, & sanguinis Chri-
 sti. Deinde, loquendi forma superioribus
 dissimilis est : quibus consociatio, commer-
 tium, communitas, aut consuetudo ali-
 qua significatur. Postremo, Paulus ipse
 continenter explicat : quid per κοινωνίαν
 intelligat : distributionem scilicet : dum
 inquit frangitur : & sumptionem, atq; par-
 ticipationem : dum addit : ἐξ ἐνὸς ἀποῦ
 πάντες

πᾶντες μετέχομεν. Volui tamen monere studiosos: vt Græculorū istorum nœnias, nugasq; planè pueriles, & matæologicas imposturas, obseruarent, atq; contemnerent.

Caput XLVIII.

Panis, & Poculum.

Capite sexto, & nono, diximus, cū de alijs substantijs: tum de pane, & poculo Domini. quæ etsi, per se considerata, sunt ἁπλᾶ, & vocabula ἀχρεῖα: tamen si spectentur, tanquam vasa, & vehicula eorum: quæ veluti continent, & offerunt: manifestum est, ijs adherere aliquam relationem: propter eum ipsum vsum, ad quem sunt à Christo adhibita. Neq; n. hic loquimur simpliciter de pane, & vino, seu potu: sed de eo, qui Domini est panis, & Domini poculum, hoc est, quo pane, & potu, Christi corpus, & sanguis distribuitur ad manducandum, & bibendum. Ergo panis Eucharistiæ, est, vt Aristoteles

desia

definirēt ἀορίτως, τει panata panis. ἄρ-
 τος, ὄν κλώιδν, ἐσι τῷ ἄρτωιδ, καὶ κλα-
 σοῦ πνος ἄρτⓄ κλώιδμος, τουτέστι, σώ-
 ματⓄ τῷ χεισοῦ κλωμένε, οἰονεὶ ὄρ-
 γανον. *Est enim iam τό πρόστι: refer-*
tur enim ad aliud: quod ei è regione quasi
respondet: nimirū ad suum ἀντισπέφον,
correlatiuum: quod est res, vt sic loquar,
non impanata (omnis enim hic rejicitur
artocreatistarum localis inclusio, atq; cir-
cumscriptio) sed veluti panata, seu cum
pane p̄sente, cōiuncta, atq; vnita sacramē-
taliter. Nā supra egimus de hac p̄sentia,
seu vnione: copiosius etiā, in nostra Cōfes-
sione, de ea disseruimus. Res autē illa, est
corpus Christi pro nobis traditum. Iuxta
illud: Hoc est corpus meum. Itaq; panis,
huius, fundamentum est in substantia:
nempe Corpus Christi. Terminus est, vt
fit panis, seu elemētum illud, ad quod, v-
bi accedit verbum, fit Sacramentum, id
est, vt id quod frangimus, seu distribui-
mus, sit illud tanquam mediū, quo Christi
corpus

corpus erogamus. Ad hanc $\chi\acute{\epsilon}\sigma\iota\nu$, relationem, Paulus respicit: cum ait, Panis, quem frangimus, seu distribuimus inter vescentes, in caena Domini. Ergo panis extra $\kappa\lambda\acute{\alpha}\sigma\iota\nu$, nihil est aliud, quàm panis: at in usu, aut fractione, seu distributione, panis, qui frangitur, aut panis fractus, est corpus Christi $\kappa\lambda\acute{\omega}\mu\alpha\tau\omicron\nu$, ut Paulus nominat, id est, $\Delta\epsilon\delta\iota\delta\acute{o}\mu\alpha\tau\omicron\nu$, vel $\delta\iota\alpha\delta\epsilon\delta\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\nu$, distributum. Quamobrem huius panis Terminus est, ut sit panis, seu distributionis organon, rei per illud distribuendū, corporis videlicet Christi. Sententia. n. Apostoli est: panis fractio, est corporis Christi fractio, seu distributio: quā $\kappa\omicron\iota\nu\omega\nu\acute{\iota}\alpha\nu$ vocat. Est ergo relatiuum Distributio, ut sumptio. Distributio enim est rei distribuendæ distributio, seu ut Hebræi loquuntur: fractio est rei frangendæ fractio: rei frangendæ, hoc est, non tantū panis: sed etiam corporis Christi. Itaq; Paulus ait, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώματον, nempe corpus, cui distributionem tribuit:

Distributio.

Fractio.

- Sumptio.** *vt panis, ὁ ἄρτος, ὃν κλωιδυ. Ita sumptio, ἡ λήψις, ἡ μετέλαληψις, est rei sumenda, scilicet manu, & ore corporeo, sumptio. Et participatio, ἡ μελοχη, est rei participanda, seu ore sumenda, sumptio.*
- Participatio.**
- Manducatio.** *Manducatio etiam, ἡ ἐσθῶσις, est rei manducanda, seu panis, qui est corpus Christi pro nobis traditum, manducatio. Ergo*
- Communicatio.** *κοινωνία, communicatio, est rei communicanda, τῆ κοινονητῆ τινος, nempe corporis Christi distributio, & sumptio. Nā communicationis fundamentum, est res communicanda, seu frangenda, & accipienda: vt est panis, qui frangitur, & qui est eius rei, quæ per eum frangitur, seu dispensatur, corporis nimirum Christi. Termini communicationis sunt duo, ex natura relatiuorum, esse distributionem, & participationem: seu, vt per hanc fractionem panis exhibeatur, & sumatur corpus Christi. Ideo enim datur aliquid alteri: vt is illud accipiat. Ergo distributio est rei distributæ ad accipiendum. Iam sum-*

sumptio illa habet annexum alium terminum, & finem. Sumptio enim, hoc loco, est rei sumendæ, ad manducandum, quod fit ore. Iuxta illud: Accipite, Edite. Manducatio quoque est rei manducandæ, seu ore capiendæ, intra nos, manducatio. Itaq; & esus huius, terminus est incorporatio, & inhabitatio. De qua Cyrillus. An fortasse putat: ignotam nobis

Mysticæ Benedictionis virtutem esse? Quæ cum in nobis fit: nonne CORPORALITER quoq; facit, COMMUNICATIONE carnis Christi, Christum IN NOBIS HABITARE? Et paulo post: Vnde considerandum nobis est: non HABITVDINE solum, quæ per charitatem intelligitur, Christum IN NOBIS ESSE: verum etiam PARTICIPATIONE NATVRALI.

Quæ hæcenus diximus de pane: eadẽ De poculo. de poculo Domini sunt intelligenda. Est enim illud poculum, rei, quæ in eo exhibetur, & ex eo hauritur, poculum, seu

Sumptio-
nis finis est
esus.

Esus finis
est ουσιαστικῆς
τῆς οὐκ ἐν ἑαυτῷ
Χριστοῦ, καὶ
ἐνοικητικῆς αὐτοῦ
τῶν ἐν ἡμῖν.

Vinum.

quoddam vas, hoc est, vini, quod est sanguis Christi, pro nobis profusus. Vinum etiam hic, non simpliciter est vinum, sed est eius rei, quæ vino tanquam altera exhibitiva re, vinum, seu potus, cui cõiunctus est, ἐνώσει μουσικῆ, sanguis Christi. Itaq; Paulus, ex natura relatiuorũ, inquit, poculũ benedictionis (quæ fit verbo consecrante, hoc est sanguis meus) est κοινωνία, cõmunicatio, ideoq; distributio, sumptio, seu haustus, πόσις. Cuius finis est, vt caro eo potetur: vt & anima de Deo sanguinetur: & vt Christo incorporemur: ipseq; in nobis sit, non tantum habitudine, per dilectionem: sed etiam participatione naturali. Ex his perspicuum est, panem, & calicem, esse ἑλεῖνα vocabula: & ad certum vsu, à Christo, destinata: vt sint, non quemadmodum fanatici delirant, figuræ, aut signa rerum absentium, quas innuant, figurent, & insinuent, adumbrent, delineent, & in memoriam reducant: sed vt sint signa, & symbola præsentantia,

tantia, exhibentiaq; res, quas nobis Christus, per ea, erogat, atq; dispensat. Non. n. inquit, panis, & poculū, est figura corporis mei: sed hoc, quod do, et quod iubeo vos accipere, comedere, ac bibere, EST corpus & sanguis meus. Neq; enim sacramentalis figura, aut signum, aut symbolum, est in qualitatibus attributo: sed in relationis categoria. Est enim figura, signum, & symbolum, rei figuratæ, signatæ, & præsentis figura, signum, atq; symbolum: quæ res invisibilis, est coniuncta, & præsens elemento visibili. Correlatiuum, & fundamentū eius est, res signata, quæ symbolo est unita, & quæ per illud organum cōmunicatur. Terminus eius est, non adumbrare, procul absentem rem ostendere, in memoriam reducere, aut figurare (neq; enim *σπουδοειδής* est forma corporis Christi, ut panis) sed eius est finis, et usus, exhibere. Vnde symbola exhibitiva re-
 Et nominantur à Theologis Augustinæ Confessionis. Et Veteres sic de istis Sa-

Falsi termini symbolorum, quos constituunt Calvinistæ & Cinglicani.

cramentalibus signis locuti sunt. Vnum tantum locum ascribam.

Chrysoſtomus Hom. 51. in
Matthæum.

Certè non erat ex argento illa mensa: nec ex auro ille calix: quo discipulis sanguinem PRAEBUIT suum (nō inquit figurauit, significauit, adumbravit) preciosa tamen erant omnia: & venerationis plena: quia spiritu abundabāt. Sathanici etiam termini corporalis manducationis & potus carnis, & sanguinis Christi, sunt: quos Sacramentarij fingunt, & ex sumptione, quæ fit ore, Sycophātice colligūt: Christū vorari, ingurgitari, lacerari dentibus, per stomachum in ventriculum, & intestina trajici, vt ibi aut hæreat, aut eat per secessum. Vnionis item Sacramentalis corporis, & sanguinis Christi cum pane, & vino, falsissimi sunt Papistarum termini: vt in Missa transelementetur, offeratur, pro viuis, & mortuis: vt adorentur, in pixide asseruentur, & circum-

gesten-

gestentur. Quòd autem panis, & vinum non sint ex numero eorum signorum, quæ dicuntur significatiua, τῶν πικῶν: vt veteris testamenti fuerūt cùm multi alij τύποι, tum vellus illud Gedeonis: sed exhibitua: quæ res, quarum symbola sunt, annexas habent & exhibet: ideoq; προσφερόμενα dicuntur: multis Patrum testimonijs demonstrari potest.

Theophylactus in 26. cap.
in Matthæum.

Porro dicens, Hoc est corpus meum: ostendit, quòd panis, qui sanctificatur in altari, sit ipsum corpus Domini: & non respondens figura, seu ἀντίτυπον. Non enim dixit, hoc est figura: sed, hoc est corpus meum. & ὡς εἶπε, τὸ ἐστὶ σύμβολον, ἀλλὰ τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα δεικτικῶς: ἵνα μὴ νομισθῆις, τύπον εἶναι τὰ φαινόμενα.

Idem in 6. cap. Ioan.

Attende enim, quòd panis, qui à nobis in mysterio manducatur, non est tan-

tum figuratio quædam carnis Domini,
sed caro ipsa Domini. Non enim dixit:
panis, quem ego dabo, figura est carnis: sed
caro mea est.

Et in 14. cap. Marc.

Hoc est corpus meum, hoc inquam,
quod sumitis. Non enim figura tantum,
& exemplar quoddam Dominici corpo-
ris panis est.

Damascenus lib. 4. cap. 14.

Οὐκ ἐστὶ τύπος ὁ ἄρτος, ἢ ὁ οἶνος
ἡ σῶμα, καὶ αἷμα τῆς χειρὸς.
μὴ γένοιτο. ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυ-
ρίου θεθεώμενον, αὐτὸ τῆς κυρίου ἐπιόντος:
τῆτό μου ἐστίν, οὐ τύπος ἡ σῶμα,
ἀλλὰ τὸ σῶμα, καὶ ὁ τύπος τοῦ αἵμα-
τος, ἀλλὰ τὸ αἷμα. Panis, inquit, & vi-
num, non est figura corporis, & sanguinis
Christi, absit: sed ipsum Domini corpus
Deificatum, seu Verbo, divinaque natura
unitum: dicente Domino: hoc non est fi-
gura corporis, sed ipsum corpus: & hoc
non est figura sanguinis, sed ipse sanguis.
Idem

Idem tamen, ut Theodoretus, & Macarius panem, & vinum ante ἀγιασμόν sanctificationem, & consecrationem nominat ἀψίτυπα: sed post consecrationem negat τύπους esse. Quanquam autē Damascenus, & Theophylactus videntur statuere μετὰβολῶν signorum: tamen, quā absurda illa sit, vel inde etiam apparet: quōd panis, & vinum dentibus teruntur, & absumuntur. Id quod sensus, & experientia testantur: Corpus autem, & sanguis Christi, quæ sunt ἀθάνατα, & ἀμετέλητα, non possunt corrūi, aut absumi. Quamobrē panis, & vinum, nō sunt corpus & sanguis Christi, facta mutatione, seu conuersione. Vbi autem Veteres videntur appellationibus signorum, aut symbolorum: non negant præsentiā, & sumptionem corporis, & sanguinis Christi (nusquam enim hæc ἀπόφασις, inficiatio, extat in illorum scriptis: Christi corpus, & sanguis, nō est in cæna, seu manducatione, & potu) sed refellunt μετουσίωσιν,

σίωσιν, & statuunt duarum rerum praesentiam, & vnionem.

Theodoretus Dial. 1.

Deus symbola conspicua honorauit, appellatione corporis, & sanguinis, non mutans naturam: sed gratiam naturae apponens.

Dial. 2.

Sacramentalia symbola sunt signa, seu testimonia, seu symbola corporis, & sanguinis Domini, reuera existentis, τοῦ ὄντος.

Ibidem.

Post cōsecrationem sacramentalia signa non amittunt suam naturam: sed manent in priore substantia, figura, & forma: & conspici, & tangi possunt: sicut & ante consecrationem. Intelliguntur autem qualia facta sunt: & creduntur, & ueneratione digna coluntur (καὶ σεβασμῶν) ut talia, qualia creduntur.

Hilarius.

Corpus Christi, quod in altari participamus,

panis, figura est: quatenus panis, & vinum, exterioribus apparēt sensibus. Veritas autem est: quatenus corpus, & sanguis, in veritate cordis, creditur.

Augustinus.

Christi corpus, & veritas, & figura est. Veritas quidem, in quātum, virtute Spiritus sancti, ex substantia panis, & vini, corpus efficitur. Figura verò est illud: quod exterioribus sensibus subiacer.

Caput XLIX.

Alia nomina, quibus ad-
hæret Relatio.

Adhæret quædam etiam relatio manui distribuentis, & sumentis manui, & ori. Est enim ministri manus, eius rei, quæ illius manu præbetur, porrigitur, & datur, manus, seu organum, hoc est, panis, qui est et corpus Christi: & vini, quod est & sanguis Christi. Itaq; manus sumentis, est earundem rerum manus, seu quoddam veluti instrumentum, quo illæ sumentur.

Bessarion
in suo de
Eucharis-
tia opuscu-
lo, hos duos
locos citat.

Manus.

- Os. muntur. Os etiam corporeum sumentis, est earundem rerum, quæ ore sumuntur, os, seu organum illius sumptionis. Ergo
- Mensa. & mēsa, vel discus, ἄριστον, est eius rei, quæ in mensa, vel disco κείνου, posita est, mensa, seu instrumentum, & quoddam
- Poculum. tanquam vehiculum. Ergo & poculum est rei, quæ eo continetur, & exhibetur, quoddam vas. Deniq; non caret ἄριστον, cor
- Corpus, & sanguis Christi. pus, & sanguis Christi. Est enim corpus, & sanguis eius, qui eo corpore, & sanguine præditus est, hominis scilicet Christi. Idemq; homo Christus est eius, qui hunc hominem sibi personaliter vniuit, homo. Ex quibus perspicuum est, ουενδο ἄριστον, poni, in cæna Domini, partes pro toto, corpus, & sanguinē, pro Christo homine: & hūc hominem, in quo diuinitatis plenitudo habitat corporaliter, pro Christo etiam Deo. Non enim tantum adest diuinitate, aut spiritu suo: sed etiam sua humanitate, anima, corpore, & sanguine. Non enim inquit, Hoc est diuinitas, aut spiri-

Spiritus meus: sed, hoc est corpus, & sanguis meus: ut clarius de corporali sua presentia loqui non potuisse videatur.

Benedictio, vel gratiarum actio,
 εὐλογία, ἢ Ἐχαριστία.

Εὐλογία ἐστὶ Ἐὐλογητος πινος Ὀλογία. Benedictio, est alicuius benedicendi, seu laudandi benedictio. Fundamentum enim eius est substantia, hoc est, Deus benedicendus, & laudandus in secula, propter omnis generis beneficia, spiritualia, caelestia, seu aeterna, & corporalia: terrena, seu temporalia. Terminus est laudatio, celebratioq; nominis diuini, cum gratiarum actione.

Testamentum, Διαθήκη.

Διαθήκη, testamentum est rei testandae testamentum. Fundamentum est morientis suprema voluntas, certa q; sententia, de bonorum, facultatumq; suarum, quas heredibus legauit, distributione. Terminus est, ut sit contestatio facta in-
 stru-

strumento, seu scripto obsignato: & confirmata idoneis testibus. Sic in cœna Domini, bibitur ex poculo sanguis Christi, qui est non veteris, ut victimarum, sed noui testamenti, ut agni Dei, quem ille adumbrauerat. Testator est Iesus Christus, mortem pro nobis aditurus. Bonæ legata sunt, remissio peccatorum, & hereditas regni cœlestis, vitæq; sempiterna. Instrumentum est omnis promissio Euangelij, eademq; in verbis cœnæ repetita: quod corpus pro VOBIS traditur: qui sanguis pro VOBIS effunditur in remissionem peccatorum. ἡ σφραγίς, obsignatio, est corpus Christi, cum pane manducatum: sanguis eiusdem ex poculo cum vino haustus. Testes huius extremæ voluntatis Dei, propter Christum, sunt sancti Apostoli.

Sacrificium, ἱερόσ.

(Iam sacrificium, est rei sacrificandæ, seu Deo offerendæ, & immolandæ, atque mactandæ sacrificium. Relatiuum est actio,

actio, correlatiuum, & fundamentum est
 substantia. *Vi* in veteri testamento irra-
 tionales victimæ: quæ rationalē hostiam
 designabant, eiusq; vmbrae erant, & typi.
 In nouo non σκιά, sed ἀλήθεια, veritas
 est: agnus Dei, qui tollit peccata mundi,
 Christus incarnatus, qui seipsum Deo Pa-
 tri suo, hostiam in ara crucis, in qua ma-
 ctatus, & immolatus est, obtulit. Termi-
 nus est actionis: nimirum mactatio, mors,
 ac crucifixio Christi, expiatio, seu λυτῶρον
 pro peccatis nostris, satisfaciens legi, pa-
 tremq; placans, & reconcilians homini-
 bus.

Peccatum, ἁμαρτία.

Peccatum est alicuius peccantis pec-
 catum. ἁμαρτία ἐστὶ τὸ ἁμαρτάνοντι
 τινος ἁμαρτία: nimirum hominis, ut pri-
 morum parentum, & totius horum poste-
 ritatis. Excepto mulieris semine, Christo.
 Sed ut Adā, & Eua ex originali iustitia
 lapsi sunt sua culpa, & fraude Serpen-
 tis: & transgressi sunt præceptū Dei: ita

τὸ δ' ἀνθρώπου
 πίνης φύσει
 ὡς νοσερόν, ἢ
 μοχθηρόν, ἢ
 τὸ ἑμφοῖον
 φαῦλον.

f deri-

deriuata est ἢ ἀνομία, & iniustitia in vniuersum mortalium genus: quod à Deo conclusum est sub peccatum: vt omnium propter Christum, misereatur, Itaq; in locum iustitiæ originalis, quæ dicitur ἢ ἀρχὴ θεῶν δικαιοσύνης, successit peccatum originale: quod fons omnium reliquorum est peccatorum. Eius igitur causa, fuit lapsus primorum parentum: qui illud in totam posteritatem propagauerunt. Eff-

ΥΠΕΡΙΤΙΟΝ ΕΙ-
 ΡΕΙ, REŪ ESSE.

ctus, est non solum reatus, & ordinatio omnium hominum ad pœnam æternam: nisi fiat remissio: sed etiam priuatio lucis diuinæ, & firmæ agnitionis Dei, seu caligo in mentibus hominum: auersio voluntatis à Deo: deniq; contumacia cordium, & discordia mentis, atq; cordis: quæ mala sunt ἐξ ἑσῆ, inimicitia aduersus Deum, & ab eo damnata. Nam, in natura hominis integra, non fuisset discordia mentis, & cordis: sed cor menti rectè iudicanti obtemperasset, sine contumacia. Hac verò turbata harmonia: cor languit.

Vide secundum articulum Augustinæ confessionis, cū sua Apologia.

languidius factum est: ut ruat, quocunq;
 rapitur, ab animi perturbationibus. Er-
 go peccati originalis fundamentum est
 in substantiæ prædicamento, mens, & cor-
 eius terminus, esse inter hæc discordiam,
 in mente caliginem, in corde contumaci-
 am: hoc est, defectum iustitiæ, seu integrita-
 tis, & obedientiæ originalis: itē Ἰνιδυμί-
 av, concupiscentiam, seu pravam inclina-
 tionem, pugnantem cum lege Dei. Est e-
 nim materiale peccati originis: eaq; non
 est actio: sed quasi fons actionum, nempe
 vitiosa, pravaq; inclinatio, in corde, ruen-
 te contra legem Dei: quæ illud rapiunt
 cæci affectus. Itaq; terminus sumitur ex
 secunda specie qualitatis: quæ est Φυσικὴ
 ἰδωαρία, naturæ infirmitas, & im-
 potentia, & πάθος, corruptio hu-
 manæ naturæ: item, Φυσικὴ δώασις,
 naturæ depravata inclinatio, atque pro-
 pensio ad omne peccatum. Sequitur pec-
 carum actuale, quod est omnis actio pu-
 gnans cum lege Dei, tum in mente, ut du-

Vide regu-
 lam 6. &
 7. de rela-
 tiuis, Ero-
 tem. Phil.
 Melanth.

Peccatum
 actuale.

bitationes de Deo: tum in voluntate, & corde: vt incendia malorum affectuum: tum in membris externis: vt externa actiones, pugnantes cum lege Dei. Fundamentum igitur eius est in substantia: vt hominis mens, cor, & membra externa. Terminus est in relatione, seu actione: ignorantio, cogitatio, oratio, actio, vel omis- sio, admissa aduersus legē Dei. Nam dam- natum, & reiectum esse à Deo irascen- te illi prauitati, & homini polluto, seu reum esse: effectus est peccati: quemad- modum & reatus: qui est huius prauita- tis, & personæ ordinatio ad damnationē, & horribiles pœnas.

Remissio, ἄφεσις.

Remissio, est rei alicuius remittendæ remissio. Fundamentum habet τὸ ἄφε- τον πᾶσιμα, rem dimittendam, vt est peccatum. Terminus, est remissio, con- donatio facta propter Christum: nullaq; peccati imputatio.

Fides, ἡ πίστις.

Ea est fidendæ rei fides. Itaq; fundamentum eius est in substantia, & relatione, res fidenda, ut est misericordia Dei, & remissio peccatorum, nobis in Evangelio, propter Christum, promissa. Cuius effectus est iustificatio, *δικαιωσις*: quæ est iustificandi hominis iustificatio, hoc est, peccatoris, qui fide assentitur promissioni, de gratuita misericordia Dei, & remissione peccatorum promissæ, & oblata nobis, propter Christum mediatorem. In quo seruatore mens acquiescit. Terminus eius est, imputari illi iustitiã gratis, nullo dignitatis propriæ, aut meritorum habito respectu, propter Christi incarnationem, satisfactionem, & mortem, iustitiam, remittiq; peccata. Manifestum autem est, Paulum nomine fidei relatiuè dei, cum ait: *Iustificati fide*, id est, fiducia Filij Dei Mediatoris, seu recepti nõ propter qualitatis dignitatem: sed propter Filium Dei. Significat ergo fides hos terminos: qui sunt *ποιότητες*: Notitiã, qua

amplectimur firmo assensu omnes articulos doctrinae diuinitus nobis tradita: & fiduciam misericordiae promissae, propter Filium Dei Mediatorem. His additur Obiectum: ut constet hanc *πεποθησιν* acquiescere in Filio Dei. Scitè igitur, & theologicè D. Philippus Melanthon, quando, inquit in suis Dialecticis, nomen audis fidei, in disputationibus Pauli: cogites, accersendum esse correlatiuum: ut fiat illustrius, quid intelligat per fidem. Cum ergo dicit: Fide iusti sumus, transforma orationem in correlatiuam: ut fiat illustrius: quid intelligat per fidem. Fiducia MISERICORDIAE (scilicet promissae in Euangelio, propter Christum) iusti sumus, id est, per misericordiam promissam propter Filium Dei: si ei fidentes, acquiescamus, deniq; propter solum mediatorè, & intercessorè Christum. Dialectici hanc rationem nominant *μεγάλην τῶ λόγῳ ἀντι τοῦ ὀνόματ*, vel *μεγαφορὰν τῶ ὀνόματ* Ἰπὶ τῷ λόγῳ.

Regula de
μεγαχρημα-
τισμῶ ora-
 tionis το
 πρόσ τι, in
 orationem
 το ἀντιστρέ-
 φοντ, ἢ
 τῶ πέρατ.

Mors, ὁ θάνατος.

Καὶ ἱκανοὶ κοιμῶνται. i. Cor. 10. Mors
 Est natura mortalis mors, ὁ θάνατός ἐστι
 τῆς θνητοῦ πινος θάνατος. Est enim
 ἡ βάση. Fundamentum, & correlati-
 uum eius, est natura mortalis, ut animal,
 & omnium animantium miserrimum
 propter peccatum, cuius stipendium est
 mors, ipse homo, seu animus, & corpus.
 Terminus est, esse dissolutionem. Et hu-
 ius finis, τελικὸν αἴτιον, liberari ab hoc
 mortali corpore, peccato, tyrannide Dia-
 boli, & esse cum Christo. Vnde Paulus,
 Cupio, inquit, dissolui, et esse cum Christo.
 Mors igitur est animi, & corporis disso-
 lutio. Quemadmodum vita est animi, &
 corporis coniunctio. Contraria enim per
 contrarios terminos definiuntur: etiamsi
 idem habeant fundamentum. Terminus
 est in relatione. Nam Διάλυσις, est rerū
 dissoluendarum dissolutio: ut coniunctio
 rerum est consociandarum. Fundamen-
 tum latet ἐν τῇ ἁσσίᾳ: in qua reperiuntur
 anima, & corpus.

Regnum, ἡ βασιλεία.

Eius non fit mentio, in cœna Domi-
 nica negotio: sed per κύριον, intelligimus
 regem: qui persona est administrans, &
 gubernans regionem, seu regnum sibi le-
 gitimè traditum: idq; ex legibus, & equi-
 tate. Est igitur rex regendæ rei rex, hoc
 est, administrandi, & gubernandi regni,
 sibi commissi. Fundamentū igitur, & τὸ
 ἀντισπέφον est legitimè traditū regnum.
 Terminus, illud legitimè administrare.
 Iam Christus rex constitutus est, etiam
 secundum humanam naturam. Iuxta il-
 lud: Dixit Dominus Domino meo: sede à
 dextris meis. Et, Mihi tradita est omnis
 potestas in COELO, & in TERRA.
 Non igitur mundanum est, sed cœleste:
 quo morti, peccato, inferno, & Diabolo
 devictis hic Dominus, & triumphator,
 imperat: omnibusq; adest, secundum quod
 humanitatem assumptam à Toto Verbo,
 rebus per ipsum conditis, sua guberna-
 tione, & administratione: non solum au-
 tori-

toritate, verum etiam presentia vniuersali. Non enim, in suum locum, emittit ministros: sed ipse coram vbiq; presentissimus est: & cum ipso simul est regnum caeleste: omnes principatus, & potestates, quia Deus est Zebaoth, Deus exercituum: à quibus Iehoua non abest: sed praesens adest suis legionibus praesto dux, & imperator, omniumq; rerum moderator potentissimus. Ergo regnum est vnius alicuius summa potestas, & dominatus: qui alicui regioni, aut gubernationi praepositus est. Fundamentum eius est, res administranda: vt in terrenis, est aliqua regio. Correlatiuum est rex, & persona regens. Terminus est, administratio, & gubernatio. In caelesti, & aeterno regno Christi, fundamentum sunt caelum, & terra, omnesq; creaturae, & quicquid extra creaturas est. Terminus, eas ipsas coram regere, & administrare, non vt reges mundi, qui imperfectum habent regnum: quia emittunt legatos, atq; vicarios, locumque

tenentes: quod imbecillitatis est: sed ut
Deus scribitur regnare ubiq; essentia,
potentia, & presentia. Iuxta illud:
Enter, presenter, Deus est ubiq; potēter:
sic Christus etiam sua humanitate, quæ à
toto Verbo est assumpta, in unitatem per
sonæ inseparabilem regnat ubiq; in cœ-
lis, & in terra, ἔσθ' αὐτὸς, παρ' ἑσθ' αὐτὸς, καὶ δι' ἑσθ' αὐτὸς.

Nouum, καινόν: & vetus, παλαιόν.

Τοῦτό ἐστι τὸ αἰμά μου, τὸ τῆς καινῆς
Διαθήκης. Est autem nouum, res, quæ
recens, & nuper extitit. Fundamentum
eius est, res noua: terminus nouè, aut no-
uiter fieri, aut existere. Itaq; nouū testa-
mētum vocauit Christus: quòd illud cum
condiderat, & sanxerat: abolito, & anti-
quato veteri: quod non solum multorum
annorum, sed etiam plurium seculorum
fuit.

Proprium, τὸ ἴδιον.

Ἐκαστος ἴδιον δέπνον παρελάβεν.
1. Cor. 10. Est igitur proprium res pro-
pria:

pria: quæ in vnus est tantum potestate,
non aliorum: seu quæ peculiaris est vnus
cuiusq;. Fundamentum est, res priuata,
non communis. Terminus, vt solius, non
alterius sit: vt id quod commune, κοινόν
dicitur.

Cantio, ὑμνός.

Cantio est canendæ, seu laudandæ per-
sonæ cantio. Fundamentum, & correla-
tiuum est persona canenda. Terminus e-
iusdem laudatio, quæ fit concentu, aut
modulis. Est enim canere, voce modula-
ri. Vnde Nazianz. in orat. ὑμνωδός Θε-
οῦ δόξης: hymnos de diuina maiestate
canens.

Corpus, σῶμα. 1. Cor. 10.

Corpus significat hic translate cœtum
ex multis collectum, seu Ecclesiam, cuius
caput est Christus. Quia vnus panis: cor-
pus multi sumus. Iuxta illud, Vbi cada-
uer: ibi congregantur aquilæ. Est enim
Ecclesia conuocandorum, per Euangelij
tubam, & clangorem, conuocatio, seu cō-
grega-

gregatio. Nam οἱ κληθέντες sunt fundamentum. Terminus est: ut in unum corpus quasi coalescant: unusq̄, ex multis cœtus efficiatur. Tamen si in nomine Christi duo, aut etiam tres congregati, συναγόμενοι, cœtum, ἢ συνάξιον, vel συναγωγὴν efficiant.

Dissidium, vel secta, ἁίσμα,

καὶ αἵρεσις. *ibid.*

Dissidium, est dissidentium inter se dissidium. Fundamentum sunt ἁίσματα: terminus ἡ ἁίσις, dissensio. Et αἵρεσις est rei, vel placiti, seu dogmatis, quod aliqui, à cæteris dissidentes, eligunt, atq̄ defendunt, heresis, seu electio. Fundamentum igitur sunt αἱρετικοὶ ἄνθρωποι, qui post unam, atq̄ alteram admonitionem vitari debent. Terminus est sibi probari esse sectam, aut separationem, atq̄ secessionem, à rectè, orthodoxèq̄ sentientis partis veræ Ecclesiæ.

Iudicium, τὸ κρῖμα.

κρῖμα ἑαυτῶ ἐπίστα, καὶ πῖνα. *Ibid.*

pro

pro iudicium edendo, & bibendo sibi, non alijs, accersit, ut fiat εὐοχ & τῆν κριση. Itaq; Sacrifici in Missis, sibi non alijs edunt, & bibunt. Est autem iudicium, personæ iudicandæ, quæ rea est, iudicium, seu πᾶσι δὲ αἰ, castigatio. Fundamentum eius, est reus corporis & sanguinis Christi sumpti, absq; sui probatione, & illorum diiudicatione: terminus corripit, & emendari. Verbum enim πᾶσι δὲ αἰ significat aliquem veluti cautum, & prudentem reddere, & castigare: quòd plagis, & obiurgatione nonnunquam sit opus. Itaq; Paulus grauius obiurgat Corinthios dissidiorum, & sectarum autores, & sectatores. Deus plagis inflictis eosdem corripit, morbis, & corporali morte: ut emendentur, castigatione q; hac prudentiores, & cautiores, ἐν τῆν δουρασια, & Αἰα κριση, euadant. Iuxta illud: cum iudicamur: à Domino corripimur: ne cum hoc mundo condemnemur. Finis igitur eius est, emendatio, & respicientia.

Con-

Condemnatio, ὃ κρῖμα,

ἢ κατάκριμα.

Ἴνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κέχηθῶμεν:
ne cum hoc mundo condemnemur. Item,
 Ἴνα μὴ εἰς κρῖμα σωέσθηθε: *ne ad ca-*
stigationem, & ut Erasmus transtulit,
ad condemnationem conueniatis. Est
igitur condemnatio, Rei alicuius conde-
mnandi condemnatio, seu iudicium sen-
tentia de reo condemnando, ultimoq; sup-
plicio afficiendo. Fundamentum enim
reus est, quem morti, leges, propter male-
ficiū, adiudicant. Terminus est, ordi-
natum esse ad capitis supplicium subeun-
dum. Apud Paulum, fundamentum con-
demnationis, est persona condemnanda,
hoc est is, qui non solum reus est corporis,
& sanguinis Christi: & propterea casti-
gationis, & condemnationis: sed etiam is,
& quidē multo magis, qui correptus mor-
bis, & morte corporali: pœnitentiam non
egit: qui cum mundo ἀμετανοήτως voluit
perire, in æternum. Nam Deus, pro sua
 leni-

Sic Pilatus
 Christū πάλαι
 λέγων ὅτι
 lebat dimit-
 tere. At lu-
 dai clama-
 bant: ἰσχυρὸς
 θαύτου ἐστίν.
 Vel ut Mar-
 cus habet,
 πέντες κατέ-
 κρινον αὐτὸν
 ἕνα ἰσχυρὸν
 θαύτου.

lenitate, reum mortis sempiternæ primū castigat plagis illatis: vt resipiscat: deinde, si non conuertitur ad punientem, vltimum ei irrogat supplicium: quod sibi, reatu illi graui, accersuerat. Itaq; terminus est condemnationis, reum istum ἀποστολῶν, cum mundo (qui etiam fundamentum est Ἐκκλῆσιας) ad sempiternas pœnas ordinari.

Caput L.

DE RELATIVORVM
cæteris vsibus.

Duximus hætenus per hunc ordinem ea, quæ sunt præsentis negotij: restant vsus cæteri: quorum præcipuus est ὁμοιωσις, qui cernitur in definitione τῆς ἀποστολῆς. Sed is iã à nobis quoq; est demonstratus. Quomodo enim singula sint explicanda: Aristotelico, seu dialectico more, spinosis, horridisq; aliquot relationibus ostendimus.

Vsus

Vsus διαπελξός, &
 Αγαπελιξός.

Hic positus est in diuidendo, partien-
 do, & distinguendo. Quæcunq; enim hu-
 ius classis sunt: ea vel sunt res, vt panis,
 poculum, vinum, figura, aut symbolum,
 præsentia, Ecclesia, & similia: aut sunt
 psonæ: vt Christus, Dominus, rex, iudex,
 frater, discipulus, dignus, indignus, reus:
 aut actiones: vt, cæna Dominica, com-
 municatio, manducatio, potus, benedi-
 ctio, hymnus, sacrificium, peccatum, re-
 missio, regnum, seu administratio: aut de-
 niq; perpeffiones: vt iudiciũ, seu castigati-
 o, morbus, mors, condænatio. Hæc parti-
 tio est: diuisionis, & distributionis relati-
 uorum supra dedimus exemplum: cum
 cæna inuestigaremus genera, differenti-
 as, & formas. Eiusdẽ quoq; partitiones a-
 liquot tradidimus: distributiones autem
 plures. Restat discriminatio: cuius exem-
 plum esto Præsentia. Omnis enim τῶ
 παρουσία, aut reuera est præsentia: aut est
 quasi

quasi praesentia. ἢ ὄντως παρουσία, vera
 praesentia, vel rei est animata, vel corpora-
 ta. Rursus illa aut est rei inanimata cū
 inanimata, vel etiā animata; aut est rei
 animata praesentia, cū altera re anima-
 ta, siue corporis expers illa sit, siue corpus
 sit aliquod: idq; vel sentiat, vel sensu ca-
 reat. Hoc modo praesentia, Deus adest re-
 bus omnibus, Angelis, hominibus, & na-
 turis vniuersis, & singulis, qualescunque
 illae sint. Angeli etiam hominibus praes-
 entes adsunt, adsunt hoc modo. Quae ve-
 ro est corporata rei praesentia: ea vel cum
 alia re corporea praesens adest: vel cum
 animata. Nam sic corpus anima praesens
 est: & contra. Deinde omnis in vniuer-
 sum praesentia, aut est ἐνωσις, vnio: quae
 nullo interuallo loci, diuersarum rerum
 est coniunctio, & copulatio: vt humani-
 tatis Christi, cum eius diuinitate est inse-
 parabilis loco, & tempore vnio. In caena
 Domini, panis, & corporis Christi: vini,
 & sanguinis Christi est, non ἑνωσις, vnio.

Talis praesentia fuit
 Christi nati-
 ti, & ma-
 terni pudor-
 ris signaculo:
 eiusdem
 Christi, &
 cōtignatio-
 nis ingres-

su ad disci-
pulos suos:
eiusdem re
surgenti,
& lapidis
monumen-
to incum-
bentis, &c.

aut *συνστωλική*, sed *μυστική* praesentia
etiam si inter Christum distribuentem, &
sumentem, ut inter ministrum, & com-
municantem, deniq; inter corpus, & san-
guinem, ut inter panem, & poculum, di-
stantia loci esse videatur. Refer huc om-
nes *ἐνώσεις*: quas supra recensuimus. Prae-
sentia autem nuda, sine vnione, fit inter-
uallo: sed non immenso: quod res *λόγιστι-
μῆ* à nobis disiunctas, & absentes facit:
verum exiguo. Cuiusmodi est praesentia
aliquorum in congressibus: qui fiunt vno
in loco. Nam qui sunt alibi, seu alio in lo-
co, nobis nequaquam coram adsunt: ut
quos nec videre, nec audire colloquentes
nobiscum, aut cum alijs, possumus. Inter
quos igitur talis est *ἀξιώσις*, licet in eo-
dem agro, oppido, aut etiã domo sint: im-
propriè tamen nobis dicentur esse praesen-
tes. Ex quibus *ἀκρολογίας*, ἢ *τερολογί-
αι* Sacramentariorum facile intelli-
guntur. Iam falsa, & quasi tantum praesentia
est, primum *νοή* illa Mathematico-

ticorum: qui speculatione quadam, & imaginatione, somniant, nō solum ea sibi præsentiā esse, & fieri cogitādo: quæ sunt ab ipsis mādima distantia, aut $\Delta\epsilon\sigma\acute{\alpha}\sigma\delta$ seiuncta: sed etiam ea, quæ non sunt, verum aut fuerunt, aut futura sunt in rerū natura. Ita putant (& recte quidem putant, & opinantur, id enim certō non sciunt) se fidei, ut loquuntur, contemplatione, fide nuda, exquisita, simplici, $\pi\acute{\iota}\sigma\tau\acute{\iota}\varsigma$ $\lambda\eta$, $\kappa\acute{\iota}$, $\acute{\alpha}$ $\omega\lambda\eta$, seu mēte, $\tau\acute{\omega}$ $\nu\acute{\omega}$, $\nu\acute{\omega}$, $\nu\acute{\omega}$, Christum, secundum naturam humanam in extremo quodam cælo, ad dextram Dei, seu certum locum in cælo collocatū, præsensem facere: & imaginatione Geometrica, ascendere in altissimum illud cælū. Fortis sanè $\text{Ἰερωσία, ἢ Φαυλασία}$: quæ cū omnia præsentiā facere posse videatur: quis non istos potentissimos, & opulentissimos esse arbitrabitur? cum etiam Cræsiopes, & Mydæ auriculas sibi præsentes possint facere, & assumere. Est & illa e-
 mentita præsentiā, quæ dicitur $\acute{\omicron}\pi\acute{\iota}\lambda\eta$.

qua nostro aspectui res, quæ oculis cernuntur, præsentis ita esse dicuntur: ut in oculis nostris illæ esse videantur. Est enim hic sensus acerrimus: de quo disputant philosophi: utrum fiat κατ' ἐκτοπιῶν: qua ad res omnes aspectabiles quasi excurrat: an verò κατ' εἰσπομπῶν: ut in oculis videntium res ipsæ putentur esse præsentis. Sed hæc philosophica, seu Academica est dubitatio. eamque ob causam nihil concludit contra nostros Theologos: qui realem, non imaginariam: veram, non falsam præsentiam Christi corporis, & sanguinis, in cæna panis, & vini, ex verbis Domini, constituunt. Ac concedimus, aspectui nostro obiectum esse coniunctum: quemadmodum vox, aut sonus, auditui præsens est. Veruntamen ut id, quod vocem, aut sonum edit: non est præsens audienti: ita licet, visus percingat ad suum obiectum, ut illud aspectui præsens esse dicatur: tamen oculis nostris nequaquam præsens esse constat: multò mi-

Sic corpus aliquod dicitur esse in speculo, vel aqua: cum tamen non corpus sit in ἑσώτῳ, sed in ea cōspiciatur eius tantum imago.

nus nobis illa res aspectabilis præsens cor-
 ram, vno in loco adest. Turpiter igitur
 hallucinantur, & cœcutiunt, qui clami-
 tant, Christum suo corpore, & suo sangui-
 ne, non secus adesse in cœna Dominica: ac
 Sol supra nostrum hemisphærium, post
 ortum, vsq; ad occasum, nobis non Anti-
 podibus, est præsens: ut quidam nuga-
 batur. Etsi enim supra horizontem no-
 strum, cum sol est: non tamen nobis, cor-
 pus illius φωτός, luminis, est præsens: li-
 cet oculis, & aspectui præsens esse videat-
 ur. Sed et illæ sunt ἀκυρολογίαι ineptæ:
 cum dicitur: id esse nobis præsens: quod
 cernitur, vel auditur. Est enim illud fal-
 sissimum: & est δόξα ὄν tantum, & φαν-
 τασὸν: non autem ὄντως, καὶ ἀληθῶς πα-
 ρόν. Hoc absurdum Calvinus animad-
 uertit: & asseruit: Christum humanitate
 quidem sua à nobis longissimè abesse: ut
 Solis globus à nobis immenso interuallo
 distat: suæ tamen carnis, substantiæq; nos
 vigore non secus in cœna pasce: atque ra-
 diorum

diorum solarium vi quadam vitali vegetemur. Sed & hoc est insulsum commentum. Etsi enim solis radij consurgunt, ubi nos sumus, iaciuntur: tamen similitudo ista prorsus claudicat. propterea quod nullum verbum extat: quod ostendat à Christi resurrectione, vigorem ex carne Christi, in remotissimo cælo constituti, ad nos, qui in terris versamur, demanare: vel, ut Calvinus garrit, in nos destillari, aut transfundi. Et quanquam Marci 9. in historia de sanata αἰμορροῦσι γυναικὶ scribitur: καὶ ἐνθένδε ὁ Ἰησοῦς Ἰταλιανὸς ἐν ἑαυτῷ πλὴν ἐξ αὐτῶν δυνάμιν ἐξελθοῦσαν: vel ut Lucas cap. 8. habet, ἐγὼ γὰρ ἐγὼ δυνάμιν ἐξελθῶσαν ἀπ' ἐμοῦ: quæ virtus fuit vivifica: tamen nullum verbum expressum habemus, in cæna vigorem ex carne Christi ad nos profluere. Hoc enim est corpus meum, inquit, & hoc est sanguis meus. Nec Christi corpus tum absuit: quod mulier illa attigerat. præterea non dicit, virtutem ex corpore: sed ex se
 exiit-

exiuisse. Quare meritò irridetur, & con-
tènitur stolidà ista dissimilitudo, de præ-
sentiã cõtèmplatiua, phantastica, aut spe-
culatiua: quæ ab hominibus etiã com-
muni sensu præditis, pro nulla habetur
vera rei alicuius præsentia.

Vfus $\omega\epsilon\beta\lambda\eta\mu\alpha\iota\kappa\acute{o}s$.

Quæstiones de genere.

Ex his quæ dicta sunt, magnus nu-
merus quæstionũ confici posset, Nos quæ-
dam proposita subijciemus. Generis igitur
hæc quæstio est: Vtrum præsens sit per-
sona, an verò res aliqua? Et, vtrum res,
pro genere præsentis debeat poni: cum e-
ius fundamentum sit, non terminus. Itẽ,
num præsentia sit tantum aliquorum cõ-
iunctio, an verò etiã vnio? Et, vtrum
Communicatio sit distributio, et sumptio:
an verò sit societas cum aliquo, vel ius
quoddam in re quapiam? An cœna sit
manducatio, atq; potus: an verò sit con-
tèplatio fidei, & imaginatio?

De Proprio.

Vtrum digni hominis proprium sit, esse suis virtutibus, atq; meritis idoneum ad edendū, & bibendum de illo pane, & calice? an verò seipsum probare, & corpus Christi dijudicare? Et, an manducationis proprium sit, ore corporeo aliquid capere, nec ne?

De definitione.

Vtrum presentia Christi in cœna, sit corporis, & sanguinis, cum pane, & vino coniunctio, seu unio, in illo usu, hoc est, in scœnando, quod fit ore corporeo? An verò presentia illa, sit rerum immensa distantia locorum disiunctissimarum copulatio, atq; unio: quæ fiat contemplatione, & imaginatione, nec ne? Vel, vtrum illa presentia sit animæ, aut fidei, cū Christi corpore, & sanguine coniunctio, nec ne?

De Accidente.

Vtrum fide iustificemur? Et, an fidei accidat quædam contemplatio, qua attolitur anima, vel mens sursum ad super-cœle-

caelestia? *Verum cœnæ accidens sit fides iustificans, & dignitas probantis se, dijudicantisq; corpus Christi? an verò cœnæ consistat natura, & veritas: siue credat, siue non credat: siue dignè, siue indignè quis manducet, & bibat? Verum cœnæ accidens sit, panē, & vinum sumere? Et, verum panem frangere, cum fragore, & strepitu, sit de cœnæ substantia: an verò quiddam sit aduentitium?*

Vsus relatorum συλλογιστικός.

Argumenta ex hoc receptaculo infinita depromuntur. Ut, Christus est Dominus. Ergo eius imperata sunt facienda: accipite, edite: hoc facite in mei commemorationem.

Item,

Qui Christi verbis credunt: ij sunt discipuli eius,

Qui igitur nō credunt Christi verbis, hoc est corpus meum: hoc est sanguis meus: non sunt Christi discipuli.

g 5

Item,

Item,

Præsentia est alicuius præsentis alteri eodem in loco præsentia, vel coniunctio. In cæna autem Domini statuenda est præsentia Christi corporis, & sanguinis. In cæna igitur Christi statuenda est Christi corporis, & sanguinis coniunctio, & unio in eodem loco, cum rebus cænantibus, pane, ac vino, & cum cænantibus.

Et,

Præsentia contemplatiua, & imaginato-
ria: non est coniunctio nostri cū Christo. Ergo præsentia hæc speculatiua non est realis, neq; vera copulatio rerum, quæ disunctissimæ sunt, si Zuinglianus credimus.

Item,

Κοινωνία τινός communicatio, est alicuius rei distributio, & sumptio. In cæna Domini panis fractio, est κοινωνία corporis, & sanguinis Christi. Ergo in cæna Domini, est corporis, & sanguinis Christi distributio, & sumptio.

Acci-

Accipiuntur igitur cœnando, seu manducando, & bibendo. Ac de his quidem hætenus.

Caput LI.

A G E R E,

τὸ ποιεῖν.

Huius loci sunt verba, & participia, ut Grammatici vocant: non autem ab his deducta nomina, quæ dicuntur verbalia. Distinguntur autem actiones cœnæ Dominicæ, personis, transiitione, effectione, re subiecta, & alijs modis.

Discrimen primum, quod fit personis.

Actiones Christi.

1. Iesus **A C C E P I T** panem, καὶ ἐδίωτων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸ ἄρτον. *Et Paulus, ἔλαβον ἄρτον.*
 2. Fregit panem, ἐκλασε.
 3. Dedit eum Discipulis, καὶ ἐδίωκεν αὐτοῖς, scilicet τοῖς μαθηταῖς.
- Dedic

Dedit item Paulo: iuxta illud: Ego enim
accepi à Domino.

Dicta Christi.

1. Gratiarum egit, καὶ εὐλογήσας, ἢ εὐχαρι-
στήσας.
2. Et ait, καὶ εἶπεν, ἢ λέγων, accipite, come-
dite: hoc est corpus meum: quod pro vo-
bis traditur. Hoc facite in mei recor-
dationem.

In altera parte, Facta.

1. Accipite poculum, ὡσαύτως, Ἐτ' πο-
τήριον λαβῶν, μετὰ τὸ δειπῆσαι.
2. Dedit illis, ἔδωκεν αὐτοῖς.

Dicta.

1. Gratiarum egit, καὶ εὐχαριστησάντων.
2. Dixit, λέγων: Bibite ex hoc omnes.
Hoc enim est sanguis meus: qui est no-
ui testamenti: qui pro multis effunditur
in remissionem peccatorum. Vel, Hoc
poculum novum testamentum est, in
meo sanguine: quod pro vobis effunditur.

Facta Apostolorum.

Cœnam præcurrerunt, Ποιεῖν πρῶτα
πρὸς

ποιῶν τινά, ἢ ἐτοιμάζων: *facere, seu parare*
 Pascha apud aliquem. Et fecerunt, ἐποίησαν, sicut οὐράνη, cōstituit illis Iesus.

1. Cœnauerunt cum Christo, & ederunt.
 Iuxta illud: καὶ ἐδιδόντων αὐτῶν: & rescentibus illis. Item, ὡσαύτως ἔχον τὸ πατήριον μὲν τὸ δεξιπῆμον: similiter & poculum, postquam cœnauit, scilicet cum discipulis.

2. Acceperunt panem, seu id quod Christus suum corpus ESSE dixit.

3. Eundem panem, qui est & corpus Christi, comederunt. Iuxta illud: sumite, comedite.

4. Hoc fecerunt in eius commemorationem. Est enim vniuersale mandatum, grati animi. Et quanquam pignus amoris Christi omnes acceperunt: non tamen omnes fuerunt grati. Iudas enim largitorem suum munificentissimū prodidit.

In altera parte.

1. Acce-

1. Acceperunt poculum. Iuxta illud: & gratijs actis, dedit illis.
2. Biberunt ex eo omnes. Marc. 14.
3. Dixerunt hymnum, &c. Matth. 26.
Marc. 14.

Facta, & Dicta Pauli, αὐτῶν

ἔχεις, καὶ οἱ λόγοι τοῦ Παύλου.

1. Accepit à Domino: quod & tradidit Corinthijs.
2. Panem fregit: poculo benedictionis benedixit. Iuxta illud: poculum benedictionis, cui benedicimus, &c.
3. Et aliqua ex parte quiddam credidit.

Dicta τὰ λεχθέντα.

Poculo benedictionis benedixit. *Supra.*
Præcepit Corinthijs aliquid. *Vt, illud tamen præcipiens, non laudo.*
Non laudavit in aliquo Corinthios. *Vt, Illud tamen non laudo. Et, Quid vobis DICAM? laudabo vos? In hoc non laudo.* Item,

Quapropter, dilecti mei, fugite Idolatriam.
Vt prudentibus ΛΟΛΟΥΟΚ: iudicate vos, quod dico.

Corinthiorum Facta.

Dignorum, & actiones veræ.

Quidam homines ex Corinthijs seipfos
probarunt: quod est δοκιμάζειν εαυτόν.

Vel ut paulò post dicit: seipfos dijudi-
cârunt: quod est Διαικρίνεν εαυτός.

Et sic de illo pane ederunt: & de poculo
illo biberunt: ἕως ἃ ἐκ τῆς ἄρτου ἐδί-
ευν, & ἐκ τοῦ ποτηρίου πίνεν δεῖ.

Conuenerunt in melius.

Cœnam Dominicam ederunt: quod est
κυριακὴν δεῖπνον φαγεῖν.

Habuerunt domos ad edendū, & bibendū.
Iudicârunt, quod locutus fuit Paulus.

Conuenerunt sic ad comedendum, ut a-
lius alium expectaret.

Et, mensæ Domini cōmunicârunt: quod
est τῆς πίλης κυρίου μετέχειν. Et po-
culum Domini biberunt. Hoc enim est
ποτήριον κυρίου πίνειν.

Indignorum, & actiones
falsæ, atq; impiæ.

Ede-

Ederunt panem hunc indignè. quod est
 Græcis, ἐδοίεν τὸ ἄρτον τοῦτον ἀναξίως.
 Biberunt ex poculo Domini indignè. Il-
 lud enim dicitur, πίνον ἐκ ποτήριον τοῦ
 κυρίου ἀναξίως.

Hi qui ederunt, & biberunt indignè: iudi-
 cium sibi ipsi ederunt, & biberunt: non
 dijudicantes corpus Domini.

Ad condemnationem conuenerunt.

Conuenerunt in deterius.

Excitarunt schismata, & hæreses.

Vnusquisq; eorum propriam cœnam oc-
 cupauit, in edendo.

Non licuit apud eos Dominicam cœnam
 edere.

Ecclesiã Dei contempserunt, παρεφρό-
 νουω τὴ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.

Pudescerunt eos, qui non habent: quod
 est κατὰ αὐτῶν τινος.

Facta utrorumq;

Conuenerunt ad comedendum.

Conuenerunt in Ecclesia.

Conuenerunt in eandem locum.

Com-

Communicârunt corpus, & sanguinem
Christi, hoc est, Paulus Corinthijs distri-
buit, & hi susceperunt.

Facta omnium.

Omnes ex vno pane participamus.

Caput LII.

ACTIONVM GENERA,

secundum μετέβασιν, tran-
sitionem.

Ἀμετάβατοι, καὶ ἐμυθίουσαι, quæ
in eadem ἑστία, in qua excitatæ
sunt, manent.

Audio dissidia inter vos esse.

Idq̄, ex magna parte, credo.

Ex quibus perspicuum est, quàm tur-
piter Sacramentarij errent: dum somni-
ant: fide, aut cogitatione se attolli sursum
in cælum quoddam locale ad Christū ho-
minem: eumq̄ cogitatione, & recordatio-
ne apprehendere, atq̄ complecti. Neq̄ e-
nim aut anima, vel mens ἐξωβαλὴν ἐστίν,
transiens extra suum corpus: neq̄ cogita-
tio

tio est μετὰ βατικῆν: ut re ipsa vagerur e-
 xtra suum domicilium, quod est animus:
 tamen si φαντασία, & imaginatione quis
 fingat: se vno quasi momento, ibi esse: vbi
 se esse cupit, aut esse cogitat. Sed hæc est
 inanis sanè speculatio: quæ nihil cum fide
 habet commune. Credere enim non est co-
 gitare, imaginariūe aliquid, aut etiam o-
 pinari: sed scire, certoq; assentiri, atq; con-
 fidere non cogitationibus nostris: sed ver-
 bo Christi, quod fidei est obiectum: non φαντασόν, res, quam nobis imaginamur:
 & cogitando ante oculos constituimus.

Actiones μετὰ βατικῆν.

Reliqua omnia sunt μετὰ βαίνοντα,
 quæ vim suam explicant in rem aliam:
 ita ut illa pati videatur. Ut sunt accipe-
 re, frangere, dare, cœnare, comedere, bi-
 bere, seipsum probare, corpus Christi di-
 iudicare: iudicare, quod alius loquitur,
 participare, cōuenire, gratias agere, bene-
 dicere, ὑμνεῖν, præcipere, laudare, cōtem-
 nere Ecclesiam Dei, pudefacere alios, &
 similia.

Intermediæ actiones.

Ἀναμνησίων, quod non solum recollectionem significat: quæ est ἀμνησίων: sed etiam commemorationem: qua mortem Christi annunciamus: quemadmodum Paulus interpretatur. Ex quo colligunt Sacramentarij: Christum natura sua humana longissimè abesse: cum iubeat nos illud facere in eius memoriam, donec venerit. Sed nugatoria est ista consecutio. Recordatio enim, præsentis, & viuentis quoque est personæ, & eius beneficiorum, siue visibilis, siue inuisibilis sit. ac reditus Christi non fiet ex loco remotissimo: sed erit eius tantum manifestatio. Sicut inquit Angeli: ita veniet: quemadmodum cum VIDISTIS euntem in cælos. Iam enim ascensurus ait: Et ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem sæculi. Vbi non est opus infernali ista ἀμνησίων Zuinglij.

Tertia diuisio, quæ fit

opere, τῶ ἐργῶ.

h 2

EX

Ex omnibus superioribus actionibus, quaedam opus aliquod effectum post se relinquunt: & dicuntur *πονητικαί*, & *ενεργητικαί*: quaedam nullum efficiunt, nominanturque *πρακτικαί*. Prioris generis est frangere. Haec enim actio post se relinquit quasi opus effectum, videlicet panis fragmenta, seu particulas, quae in veteri Ecclesia fuerunt, ut ex Epiphanio supra diximus, *σπορυστοειδῆς*. Panis huius distributio relinquit post se Christi corpus, & sanguinē singulis integrum, non diuisum in membra, aut partes, distributum, & sumptum. Huc pertinent actiones Corinthiorum vitiosae. Iuxta illud: In deterioris conuenitis. Eius enim effectus, sunt *τὰ ἄρισματα, καὶ αἰρέσεις*.

Quarta diuisio est substantiae agentis, seu causae efficientis.

Quicquid praeterea agit in caena, aut anima est, aut corpus. sic enim in Dialecticis, illud partiendo traditur. Verum enim uero in caena Domini persona agunt: verbi

verbi gratia, aut Christus, aut Discipuli:
 ex ijsq; aut Apostoli, aut horum succes-
 sores: & hi rursus, aut ministri Ecclesie
 sunt: aut sunt auditores. Quorum omniū
 supra posuimus exempla.

Quinta diuisione est temporis.

Deniq; omnes actiones, aut sunt ἡγέ-
 ρμαι, antecedentes, & præcurrentes: aut
 μέσται, & σὺν ἑστίαις, mediae, & cum re con-
 iunctae: aut ἐπόμεναι, consequentes.

Actiones in prima Cœna.

αἱ ἡγέμεναι.

Inter cœnandum, Iesus panem accepit, a- Vnum tem-
 etisq; gratijs, fregit, deditq; discipulis. pus cœnae
 vulgaris,
 ipsius Pa-

αἱ μέσται.

Et dixit: Accipite, comedite: Hoc est scibatis esus
 corpus meum: quod pro vobis datur.

αἱ ἐπόμεναι.

Discipuli panem, qui fuit corpus Christi,
 acceperunt, & manducarunt.

Refer huc illud Lucae, & Apostoli.

Hoc facite in mei commemorationem.

Quotiescunq; enim comederitis panem

h 3 hunc:

hunc: mortem Domini annunciate, donec venerit:

In altera parte.

*Alterum
tempus, à
cæna.*

*τὰ ἡγούµενα περὶ τῆς
Dominus, per acta cæna, accepit poculū,
& gratijs actis, dedit illis.*

τὰ μέσαι.

Ac dixit: Bibite ex hoc omnes. Hoc enim est sanguis meus, qui est novi testamenti: qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum.

τὰ ἐπὶ πόµα.

Et biberunt ex eo omnes.

Huc pertinet illud Pauli.

Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in mei recordationem. Quotiescunq; enim de poculo hoc biberitis: mortem Domini annunciate, donec venerit.

Ad istum ordinem referuntur & illa apud Apostolum.

Antecedentia.

Probare seipsum: & seipsum dijudicare. Conuenire in Ecclesia, vel in eundem locum, ad edendum.

Diju-

Dijudicare corpus Domini.

Alium expectare.

Coniuncta.

*Sic de illo pane edere, & de poculo illo
bibere: seu Dominicam cœnam edere.*

Consequentia.

*ὕμνεῖν, hymnum dicere. Quanquam id
ante κτῆσελιαν τῆ κυρίῳ θανάτῳ, seu
publicam homiliam, atq; sermonem fie-
ri potest: & in ipsa communionē.*

Sexta diuisio.

*Omnis etiam actio, hic aut est natura-
lis, aut cœlestis, & supnaturalis. Φυσικὴ
est: qua panem edimus, & bibimus vinū.*

*Ἐπεὶ φυσικὴ: qua corpus, & sanguinem
Christi ore intra nos sumimus.*

*Subijciuntur his generibus τὰ
παράληφθέντα, omiffa, seu non
facta.*

*Christus panem, & vinum Eucharistiae
non sumpsit. Iuxta illud: Dico enim
vobis, non bibam posthac de fructu vi-
tis: donec compleatur in regno Dei.*

h 4

Item,

Item,

Discipuli nihil inter cœnæ Dominicæ cõ-
munionem dixerunt. Requiritur itaq;
non tantum silentium in tam seria a-
ctiõne: verum etiam obedientia facti, &
fidei.

Caput LIII.

DE VSV ACTIONIS.

Vsus huius attributi, a- lius est	{	Τοπικός.
		Θεωρητικός.
		Διαφρεντικός.
		Προβληματικός.
		Συλλογιστικός.

1. Vsus τοπικός.

Hic materiam dat locis argumẽto-
rum. Ex actionibus enim petũtur exem-
pla totius, partium, coniugatorum, ca-
sum, causarum, effectorum, similium,
dissimilium, contrariorum, & coniuncto-
rum. Relationum etiam hinc ingens a-
ceruus

ceruus petitur: vt cœna, fractio, sumptio,
manducatio, recordatio, potus, communi-
catio, fides, remissio, & similes actiones.

Totum.

Edere cœnam Dominicam: vel partici-
pare mensæ Domini.

Communicare corpus, & sanguinem Do-
mini.

Hoc facere in eius commemorationem.

τοῦτο ποιεῖν.

Partes.

Edere panem, & corpus Domini.

Bibere è poculo vinum, & sanguinem
Domini.

Participare corpori, & sanguine Christi,
μετέχθν.

Accipere panem, & poculum, edere, &
bibere.

Coniugata, & Casus.

Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν.

Εσθιόντων δὲ αὐτῶν.

Μετὰ τὸ δεῖπνησαι.

φάγετε.

Οσάκις γὰρ ἐσθίητε τὸ ἄρτον τούτων.

Ὡσεὶ ὅς ἂν ἐσθίῃ τὸ ἄρτον τούτων.

οὕτως ἐκ ἑσθίοντος ἐσθίέτω.

Ὁ γὰρ ἐσθίων ἀναξίως.

Κρῖμα ἑαυτῶν ἐσθίει.

Συμερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν.

ἐν οἴκῳ ἐσθίέτω.

Τὸ ἴδιον δεῖπνον παραλαμβάνειν, ἐν τῷ
φαγεῖν.

Οἰκίας ἔχον, εἰς τὸ ἐσθίειν.

κοινωνία, ἢ βρωσις, ἑσθίοντος, ἐσθί-
οντος τῆς χειρὸς.

ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχον.

οἱ ἐσθιόντες τὰς ἰσχύας, κοινωνοὶ τοῦ ἰσ-
χυαστηρίου εἰσίν.

Item,

τὸ ποτήριον.

Πίετε ἐξ αὐτῶ πάντες. καὶ ἔπιον ἐξ αὐτῶ
πάντες.

Οσάκις ἂν πίνῃτε.

Οσάκις γὰρ ἂν τὸ ποτήριον τῶν πίνῃτε.

Ὡσεὶ ὅς ἂν πίνῃ τὸ ποτήριον τῆς κυρίας.

καὶ οὕτως ἐκ ἑσθίοντος πινέτω.

Ὁ γὰρ

Ὁ ὡ πίνων ἀναζίως, κρῖμα ἑαυτῷ πίνει.

Οἰκίας ἔχετε εἰς τὸ πίνειν.

Ποτήριον ἔ κυρίου πίνειν.

Τὸ ποτήριον, ὃ εὐλογοῦμεν κοινωνία ἐστὶ,

ἢ γινώσκω πόσις, ἢ πότος τῷ αἵματι τοῦ

κυρίου.

Causæ.

*Causa efficiens Sacramentum cœnæ
Dominicæ, est Christi instituere, & dice-
re. Et quanquam hominis dicere, non est
facere: tamen Domini nostri dicere, est
facere. Iuxta illud: dixit, & facta sunt:
item, qui VOCAT id, quod non est, ut
sit: & nullum verbum est impossibile a-
pud Deum. Huc pertinet illud Augusti-
ni: Accedat verbum ad elementum: & fit
Sacramentū. Ac quod semel Dominus in-
stituit: suoq; verbo veraci ipse omnipotens
cōsecrauit: id ipsum vim, atq; naturā ean-
dem, quam initio accepit, retinet. Iuxta
illud: Quotiescunq; comederitis de pane
illo, & biberitis ex hoc poculo: mortem
Domini annunciate, DONEC venerit.*

Con-

Concurrere igitur, in cœnæ constitutione, has actiones oportet, ut panis sit corpus Christi, poculum sit sanguis Christi.

Τὸν ἄρτον λαβεῖν, κλάσαι, βλογηῖσαι, δῆναι τοῖς φαγῶσι, ἔ ποδοσι, εἰπεῖν, ἔ-τό ἐστι τὸ σῶμά μου: λαβεῖντε, ἔ φαγεῖν αὐτό. Item,

Τὸ πλήρονον λαβεῖν, χαρμηῖσαι, δῆναι, εἰπεῖν, πῖετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. ἔ το γὰρ ἐστι τὸ αἷμά μου: πῖεν ἐξ αὐτοῦ.

Efficientes enim causæ sunt Christi actiones: causæ sine quibus nõ præsens est in cœna eius corpus, & sanguis, est nostrum accipere, manducare, & bibere. Nam extra has actiones, seu usum panis, & vini, qui consistit in esu, & potu, non adest Christus sacramentaliter, seu ut ore sumatur.

Formalis causa.

Hæc cernitur in κοινωνία, in accipiendo, frangendo, dando, pronunciando, panem esse corpus Christi, vinum eius esse sanguinem: item in manducando, & biben-

bibendo. Quanquam illius communica-
 tionis, seu *Ἀφιδόσεως*, exhibitionis τε-
 λικὸν αἴτιον, seu finis est, communio, seu
μετοχή, participatio, & sumptio. Ideo e-
 nim hæc proposita sunt in sacra mensa:
 ut ea edamus, & bibamus. Cuius alius fi-
 nis, fructus, seu effectus est, qui ad dignè
 vescentes, & bibentes pertinet: hoc sæpius
 facere in commemorationē, & annunci-
 ationem mortis Domini. Itaq; tota actio
 id efficit quoq;: ut fides nostra, hoc pigno-
 re accepto, & promissione Euangelij fide,
 & cœnæ sumptione nobis applicata, con-
 firmetur.

Similia.

Similia sunt, edere Pascha, cœnam
 Dominicam, & occupare propriam cœnā
 in edendo. Quanquam plurimum diffe-
 rūt: ut ad dissimilia referri quoq; debeāt.

Dissimilia.

Differentia sunt præterea: Domi e-
 dere: & in Ecclesia conuenire, ad eden-
 dam cœnam Dominicam. Sic & illa re-
 pugnant:

pugnant: Hic esurit: ille verò ebrius est.
Item, vnum corpus esse multos: & inter
eos esse dissidia, atq; hæreses.

Contraria.

Edere panem hunc, & bibere ex poculo Domini dignè, & indignè. Iudicium sibi edere, & bibere: & salutem, condonationemq; peccatorum consequi. Conuenire in melius, & conuenire in deterius.

Coniuncta.

Seipsum probare, vel diiudicare. Di-
iudicare corpus Domini. Conuenire ad co-
medendum, in Ecclesiam, in vnum locũ.
Expectare alium.

2. Vſus ὁ ἐπιτιμῶς.

Hinc multæ definitiones sumuntur.
vt, Credere est non tam nosce omne ver-
bum Dei, & in hoc, promissionem gratui-
tæ Dei erga nos benevolentia, propter
Christum: quàm huic assentiri, fidere, to-
toq; pectore acquiescere. Item, Manduca-
re in cæna Domini, est ore panem sumere,
qui est & corpus Christi. Et, bibere, est
ore

ore haurire ex poculo vinum, quod est & sanguis Christi. Item, Communicare corpus, & sanguinem Christi, est illa ipsa pane fracto, & poculo dato, distribuere, & sumere. Falsæ .n. definitiones istæ sunt: Credere, est mentis contemplatione, seu $\Phi\alpha\upsilon\sigma\iota\alpha$ quadam, extra corpus quasi raptum, ascendere sursum, in cælum ὡς ἐ-
 ουράνιον. edere in cæna Domini, est panē ore capere, & eodem momento fide, seu speculatione in cælum supremum ascendere, aut attolli. Christus enim δει-
 ξάμενος, ostendit non cælum stelligerum, sed panem. Hoc, inquit, panem exhibēs, non nudum, sed qui est corpus Christi, est corpus meum. Non enim dicit: ibi supra est cælum: ibi me quærite. neq; enim sum Christus, qui hic in terris vobiscum lo-
 quor: & qui in Ecclesia vobiscum sum, usq; ad consummationem seculi. Falsa etiam ista definitio est: communicare corpus Christi, est ius in eo habere, aut socie-
 tatem cum eius corpore, & sanguine. Νᾶ

ἔχειν, hic est agere, ποιεῖν π, ἢ ἔχειν,
habere, aut εἶναι, esse.

3. Vſus διαγελητός.

Suppeditat nobis hæc categoria, præ-
ter superiores diuisiones, etiam alias par-
titiones, & distinctiones. quarum una est ne-
cessitatis, altera libertatis. Omnes enim
actiones in cæna: vel sunt necessaria: vt
dare panem, & calicem cenantibus, pro-
nunciare verba institutionis, & in his,
præcipuè ὁρῶντα, quæ definiunt, quid
Christus det: & quid discipuli accipiant:
deniq; edere, & bibere. Has enim omnes
ad ἁγίαν, & σύστασιν τῆς δεῖπνου τῆτου
concurrere oportet. Aut sunt indifferen-
tes, ἀδιάφοροι: vt, panem, & calicem ex
ministri manu accipere, sedere, ad men-
sam ordine, vt alius alium expectet, ie-
iunium accedere, detecto capite, & flexo po-
plite, corpus, & sanguinem Christi sume-
re, canere, instrumentis musicis accinere,
mēsam sternere pistromatis, aut tapetijs,
candelas, præsertim hyberno tempore, &
in ob-

in obscurioribus delubris, accendere, panem eleuare, ἀνάδειξις: ut populus procul astans, intelligat, verborum Christi institutionis recitationem factam esse: accessisseque verbum ad elementum: utque populus sciat, sibi iam factam accedendi ad communionem esse potestatem. Quamquam ista ἀνάδειξις, propter ἀποπληθῶν, quae dari potest superstitiosis, rectius praetermittitur. Sunt enim verba Christi clare, ut exaudiri ab omnibus possint, pronuntianda, aut canenda. Nam & hoc liberum est: modulari τὸ πῆτυον: quod sit adhuc in Saxonice Ecclesijs, & coniunctis. Id quod libri Ecclesiasticae Ἀγέτης, quos nominant Agenda, Principum aliquot Augustanae Confessionis, ostendunt. Sed haec actiones liberae sunt. Non igitur damnandae sunt Ecclesiae, quae vel eas retinuerunt, vel abrogarunt: modò non aboleant cenam Domini, eiusque verum usum. Abusus enim omnis rerum sacrarum à Deo mandarum, tolli debet ex Ecclesijs.

clesijs: at ἐὺταξίαν, καὶ Ἐρημοσύνην
 flagitant congressus publici. Et Paulus
 inquit: τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, ἀγαθά-
 ξομαι.

Alia diuisio.

Actiones præterea quedã sunt πνευ-
 μαλικῆ, spirituales: aliæ Δεονηλικῆ, ἢ
 θεωρηλικῆ, intellectuales: aliæ Φυσικῆ
 ἢ σωμαλικῆ, naturales, & corporales.
 Prioris generis sunt, Ecclesiastica illa:
 prædicare, & audire verbum, ei credere,
 sperare, Deum timere, & diligere, inuo-
 care, eiq̃ gratias agere: baptizare, popu-
 lum communicare, eiq̃ corpus, & sangui-
 nem Christi in cœna Domini erogare: e-
 andem cœnam edere, commemorare mor-
 tẽ Domini: se ipsum probare, corpus Chri-
 sti disjudicare. Alterius generis sunt: le-
 gem Dei meditari nocteq̃, dieq̃: recorda-
 ri beneficiorũ Dei, & de his cogitare, & de
 Euangelij doctrina. Falsæ actiones sunt:
 sine verbo, imaginari, quod ratio huma-
 na, sensusq̃ communis dicitur: & specula-
 tione

tionē, menteq̄, eleuata, in cælum se attol-
 lere. Postremum genus, quod physicum
 esse diximus, diuisionem suam habet ex
 motu: qui ad prædicamentum superius
 pertinet. Veruntamen ex illo suum or-
 tum habent actiones, & perpeffiones. Sed
 de his alibi disseritur. Hic tantum re-
 censebimus ea, quæ ad loci referuntur
 commutationem, πρὸς τὴν κατὰ τόπον
 μεταβολὴν. Vt sunt, conuenire, redi-
 te, ascendere, & descendere. Iuxta illa:

Ωσε, ἀδελφοί μου, σωερχόμενοι εἰς τὸ
 φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε: ἵνα μὴ
 εἰς κρίμα σωέρχησθε.

οὐκ εἰς κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἥττον σωέρ-
 χεσθε.

Σωερχομένων γδ' ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Σωερχομένων οὐ ὑμῶν ὅπι τὸ αὐτό.

Et,

τὸν θάνατον Ἰησοῦ κυρίου κτ' ἔλαβετε, ἄλλοις
 οὐ ἂν ἔλθῃ.

Item,

οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸ ἔρανον: εἰ μὴ

i 2. οὐκ

ὁ κ̄ν ἔξ ἔρανῶν κατὰ Βᾶς, ὁ ὕος τῆ ἀνθρώ-
που, ὁ ὢν ἐν τῷ ἔρανῶ. Nemo ascendit
in cælum: nisi qui descendit è cælo, filius
hominis, qui in cælo est.

Motus lo-
calis.

Quamquã verò in reb. humanis verba i-
sta: ire, venire, abire, exire, intrare, pene-
trare, redire, ascendere, & descendere, si-
gnificat propriè commutationẽ loci, quæ
est nihil aliud, quàm nunc in hunc locum,
nunc in illum concessio: est enim motus,
quo subinde aliud spaciũ occupatur:
vel sursum, vel deorsum, antrosum, vel
retrosum, dextrosum, vel sinistrosum:
tamen in cælestibus rebus, alia, nempe
metaphorica plerũq; est horũ vis, atq; pote-
stas. Itaq; cũ Paulus de Corinthijs loqui-
tur *συνερχομένοις*: intelligi debet omni-
no de motu isto locali. In Christi autẽ vlti-
mo reditu, nulla fingenda est talis physi-
ca loci cõmutatio: quemadmodum neq; in
eius è cælo descensu, vel in idem ascensu
cum filius hominis sit in cælo. Huius lo-
ci sunt illa de Christo dicta: Exire à Pa-
tre:

tre: in mundum venire: iterum relinque-
re mundum: & ire ad Patrem.

Exire à Patre,

Est diuinitatem, & Patris gloriam
occultare, nec arbitrari rapinam, esse Deo
simile: sed semetipsum exinanire. Phil. 2.

In mundum venire,

Non est tantum hominem fieri: sed e-
tiam mundi peccata, calamitates, & mi-
serias in se recipere, serui formam indu-
ere, in similitudine hominum constitui,
& figura, vt homo, reperiri.

Relinquere mundum,

Est hanc mundi ærumnam, & huma-
nam fragilitatem exuere, & recipere il-
lam gloriam, quam habuit apud Patrem
Christus, antequam mundus fieret, & re-
gnare, ex virtute Dei. Huc pertinet di-
ctum Christi à resurrectione: cum stans in
medio discipulorum, inquit: hæc sunt ver-
ba, quæ locutus sum ad vos: cum adhuc
vobiscum essem.

Ire ad Patrem,

Est redire in gloriam Patris, & se gloriosum, cœlestem, diuinum, omnipotentem, Patri, in omnibus, coequallem declarare: Patris gloriam, potentiam, maiestatemq̄ recipere: & cum Deo equallem esse, pariq̄, cum eo potentia ubiq̄ regnare.

Descendere de cœlo.

Non est physica progressione, quasi gradibus quibusdam è supremo quodam loco deorsum se in terras demittere: sed est humanam naturam assumere: se exinanire, & humiliare, vsq̄ ad mortem crucis: neq̄ exercere diuinam, quam habuit Christus ab incarnatione sua, potentiam, & maiestatem.

Ascendere in cœlum.

Est assumi à diuinitate in parem gloriam, & maiestatem. Sic Maria Filius assumptus est in utero illius, in vnitatem personæ, à Verbo. Quæ assumptio excellentius quiddam est: quàm esse in cœlo. In quo beati etiam sunt Angeli, & homines. Itaq̄ Christus, in conceptione sua, inuisibili-

biliter ascendit ad cœlum: & à resurrectione eodem modo ascendit in cœlum: dū inquit ad Mariam: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. Sed vade ad fratres meos: & dic illis: Ascendo ad Patrem meum, & patrem vestrum: & Deum meum, & Deum vestrū. Ut autem aduentus Christi in carnem, inuisibilis fuit: vltimus autem, quo ad iudicium veniet, erit visibilis: sic ascensus ille inuisibilis fuit: quemadmodum visibilis, quo in altum sublatus est, ex oculis discipulorum, de monte oliueti, vsq; ad nubes. Absurdum autem est, Christū inde progressum esse physico, & corporali motu, vsq; ad cœlum Empyreum: vt Zuingliani fabulantur. Et tamen ascendit super omnes cœlos, imò cœlos penetrauit: vt omnia impleret, tam supera, quàm infera, plenè sibi in gloria regnanti, subiecta. Nam vt dictum est, semper fuit Christus, post conceptionem, in cœlo. Id quod hic quoq; locus ostendit: Nemo ascendit, à va-

Christus hoc spectaculo ostendere voluit suis discipulis, se esse non dictis solum, verum etiam re ipsa, & veritate, Regem, & Dominum omnium creaturarum.

Filius ho-
minis des-
cendit de
cælo.

Βέβηκεν, in cæli: nisi qui descendit è cæ-
lo, filius HOMINIS: qui in COELO
EST. Ac tamen tria hic videntur esse
notata tempora: præsens, qui Filius HO-
MINIS in cælo est: præteritum, qui de-
scendit de cælo: & futurum, ascendit in
cælum: tamen constat omnibus, verbum
Αὐτὸ βέβηκε, præteriti esse temporis: &
de ascensu Filij HOMINIS factò, di-
sertè loquitur. Nam quia descendit de
cælo, non ἀεὶ παρὸν est arbitratus, equa-
lem esse Deo: sed semetipsum euacuans,
& humilians, homo factus est: qui cum
Deus esset: repertus ut homo, cruci, pro-
pter nos, se subiecit. Cælesti igitur regno,
ad tempus, renunciauit: & se obedientiæ,
satisfactioniq; legis, & pænæ transgres-
soribus irrogata vltro, pro nobis subie-
cit. Itaque rectè inquit ἀὐτὸ βέβηκε. as-
cendit enim, eodem tempore, quo descen-
dit: sed arcana hæc ἀνάστασις εἰς τὸν
ἕρπον, & κατὰστασις ἐν τῷ ἕρπον,
mundum latuit. Ascendit autem huma-
nita-

κατὰστασις, e-
iusdem, cū
superiore,
temporis.

nitate: ut descendit eadem natura humana. Diuinitas enim neq; ascendit, neq; descendit: sed ubiq; absq; motu, præstò adest. Descendit enim filius hominis, atq; decessit de suo iure, quod ei à Λόγω fuit traditum: ut esset ἰσὺ τῶ θεῶ, ἕ ὄντως θεῶ. Nullum igitur temporum discrimen est, in hoc dulcissimo dicto Seruatoris nostri. Eamq; ob causam, cum idem status, nullo vel tempore, vel loco obstante, sit in regno cælesti, præsertim regnantis, à conceptione, Christi: addit ipse præsens tempus, vel perpetuitatem potius, & nullum tempus: Qui (FILIVS HOMINIS) in Cælo EST. Ergo, quò ad nos: omnes reliquæ externæ, & visibiles ascensiones, & descensiones Christi hominis, fuerunt συνητάσας, & ὁικονομίαι: cum is ab eius ἐνοαρχώσας fuerit in forma Dei, seu assumptus à Verbo: ideoq; non δυνάμει tantum, sed etiam ἐνεργείαι, in cælo regnans.

De quibus omnib. consulantur Theologi

logi Augustanæ confessionis: D. Martini Lutheri diuersi libri de cœna Domini, D. Ioannis Brentij, & D. Iacobi Andreae, D. Iacobi Schegkij, cæterorumq; Vuirtembergensium Doctorum scripta, aduersus Sacramentarios nuper edita. D. Ioannes Marbachius de iisdem explicat in commentarijs de cœna Domini. De his deniq; rebus eruditè, & piè scripserunt, Ioachimus Vuestphalus, & Tilemanus Heshusius, contra Calvinum, & eius manipulares, Martinus Kemnitzerius in repetitione sua, & Nicolaus Selneccerus, in Pedagogia, multiq; alij Sinceri, & orthodoxi Filij Dei ministri, & custodes cœlestis doctrinæ: quæ sonuit hætenus, Dei beneficio, ex tuba Lutheri, vltimi Ecclesiæ mūdi Eliæ, in multis Ecclesijs Germaniæ. Nos, propter studiosos adolescentes, subiiciemus vnum, atq; alterum locum insignem Veterum, de ascensu Christi in cœlos: & eiusdem vltimo aduentu. Nam de personali vnione duarū

in Christo naturarum, eiusdemq; Christi secundum utramq; naturam, ubiq; presentia, de ascensu, descensu, transitu ex hoc mundo, & de presentia Christi Dei, & hominis in caena Domini, propediem, ut speramus, in lucem dabit opus praeclarum, & necessarium Ecclesiae, concinnatum, ex Graecorum, & Latinorum Ecclesiae Christianae scriptorum monumentis plurimae lectionis vir, compater meus, M. Melchior Speccerus, pastor ad S. Thomam Argentorati. Vnde constabit, neq; Lutherum, neq; Brenium, neq; omnes eos, qui hos sequuntur, alicuius novi dogmatis, autores, vel defensores, nisi per contumeliam, posse nominari.

Cœcilius Cyprianus in sermone de Ascensione Christi.

Eleuatis igitur manibus, hereditariam illis benedictionem relinquens, non manufacto vehiculo, nec auxiliariibus carpentis, euectus est Christus: sed natura DIVINAE PROPRIA usus virtute,

τοῦ χειρῶν
ἀνέλιψις, ἢ
ἀναφορά εἰς
τὸν οὐρανόν·
qua διὰ σα-
οἰς quoq; δι-
citur ἀπέ-

τῶν μαθη-
τῶν, ἡ, ὑπὸ
λεπίσιν αὐτοῦ
ἀπὸ τῶν ὀφ-
θαλμῶν αὐ-
τῶν.

tute, carnem caelo intulit: & corpus glo-
rificatum Patris conspectibus presenta-
uit. Non indignuit vectoribus Angelis:
qui offendicula tollentes è medio, ferrent
eum in manibus: sed praecedentes, & sub-
sequentes applaudebant victori: & con-
cinnentes in iubilatione, modulabantur
canticum nouum: & implebat caelos con-
sonantiae illius harmonia, thronis, & do-
minationibus parantibus Filio, iuxta Pa-
trem confessum. Cherubin, & Seraphin
pedes pacificos ambientibus: radiantibus
vndiq; diuinis claritatibus, & splendori-
bus supercaelestibus: quos nec ardor per-
seuerans consumit: nec turbinis alicuius
afflatus extinguit: nec interpolatio cali-
ginis vllius abscondit. Celebrat tanti tri-
umpho magnificentiam laetabundus cae-
lestis exercitus: & qui descendentem coram
pastoribus Bethlehemitis, decantauerunt,
in sublimi, praeconia: modo expressiori-
bus conatibus, & intensioribus iubilis,
reuertenti ad Patrem, solentiora obsequia
impen-

impendebant: & festiuis affectibus, venerantur HOMINEM supra se sublimatum: quem GLORIA, & HONORE coronauerat Pater: & ad DEXTERAM suam collocatum: hoc dato illi priuilegio singulari: vt in nomine eius omne genus flecteretur: & super omne nomen, eius nomen excellentius coleretur.

Origenes Homil. 9. in cap. 25.
Matth.

Item tractandum est: vtrum in loco futurus est saluatoris aduentus in gloria? an alteram expositionem debemus exquirere? Quis enim locus ille erit: vt accipiat omnes angelos venientes cum Christo in vno aspectu: & omnes gentes illic congregatas? Et de sede gloriae eius, quid est dicendum? putas corporale aliquod subbellium erit? an etiam hoc opus interpretationem habet subtiliorem? Existimo ergo, quoniam erit tempus aduentus Christi: quinimo tanta manifestatio futura est Christi, & diuinitatis eius, vt non solum nullus

nullus iustorum, sed nec aliquis peccato-
 rum ignoret Christum secundum quod est:
 quando & peccatores cognoscent in con-
 spectu suo sua delicta: & iusti manifestè
 videbunt semina iustitiæ suæ, ad qualem
 eos perduxerunt finem. Et hoc est, quod
 dictum est: congregabuntur ante eum om-
 nes gentes: cognoscunt Christum, secun-
 dum quod est: nec ipsi quod videntur co-
 gnoscere, palàm eum cognoscunt: sed in fi-
 de tantum intrant homines in conspectum
 eius: sicut scriptum est: intrate in conspe-
 ctum eius, in exultatione. Quin magis
 rectè dicuntur omnes gentes ante eum con-
 gregandæ, & constituendæ: quando pa-
 làm omnibus, tam bonis, quàm malis, tam
 fidelibus, quàm infidelibus fuerit factus
 manifestus ante oculos mentis eorū. Iam
 non fidei, aut diligentia alicuius inquisi-
 tione repertus: sed ipsius suæ diuinitatis
 manifestatione probatus. Non enim in a-
 liquo quidem loco apparebit filius Dei:
 cum venerit in gloria sua: & in altero nõ
 appa-

apparebit: sed sicut ipse secundum comparationem fulguris exeuntis, aduentum suum voluit demonstrare. propter quod ubiq; futurus est: ipse in conspectu omnium erit ubiq;: & omnes ubiq; erunt in conspectu ipsius: & sic constituentur ante sedem gloriæ eius, hoc est, ante regnum eius, & potestatem dominationis eius.

Chrysostronus.

Quomodo fulgur videtur? non indiget præcone, aut nuncio: sed in momento temporis omnibus apparet. Sic igitur aduentus ille ubiq; semper statim splendere videbitur.

Idem, expositione secunda.

Manifestum, & velocem Christi aduentum ostendere volens, fulguris similitudinē introduxit. Sicut exierit fulgur: non solum videtur ab hominibus: sed adhuc secundum qualitatem fulgoris sui non dignè aspicitur: sic etiam cum venerit Christus, non solum eum omnes aspiciēt: sed secundum mensuram gloriæ eius, neq;

pote-

poterunt eum sufficienter aspicere. Et nō solum magnitudo eius omnem locum implebit: sed adhuc magnitudine eius deficiet omnis locus: sicut scriptum est: ignis ante faciem eius. quem peccatores etiam videbunt nolentes: quomodo non iusti videbunt desiderantes? Et sicut in ictu oculi fulgur vniuersa pertransit: sic & Filius Dei, non veniens, sed venisse videbitur in toto mundo. Vnde Apostolus ait: quem suis temporibus ostendet. quomodo dixit: quem mittet. Christus enim cum sit **VBIQVE**, non venit de loco ad locum: sed **VBIQVE** ostenditur: qui erat cœlitus **VBIQVE**.

Alia distinctio actionum.

Inter actiones cœnæ Dominicæ aliæ sunt veræ: quæ sunt mādaturæ in eius institutione: aliæ sunt falsæ. vt sunt Sacramentorum illæ: ascendere cogitationibus in cœlum: mentem attollere sursum: & fidei anima apprehendere Christum, in cœlo Empyreo stantem, sedentem, ambul-

lan-

lantem, currentem, vel recubantem. Impia, & superstitiosa quoque actiones Papistarum sunt: Christum in Missa Deo Patri offerre: panem adorare, reponere, circumgestare.

4. Vfus τοῦ Ἐλημαλικός.

De genere.

An cœnare sit manducare, & bibere. Et, num edere sit sumere? an credere. Item, vtrum credere, sit cogitare, nec ne.

De Proprio.

Vtrum eius, qui ascēdit, proprium sit sursum pedibus cōtendere, an verò mēte se in altū attollere, atque eleuare? Et, an & communicare proprium sit, distribuere aliquid, & sumere?

De definitione.

Vtrum edere sit cibum ore capere? an verò in cœna sit nihil aliud: quàm credēdo, seu cogitando sursum supra omnes nubes, & aspectabiles cœlos ascendere ad Christum hominem in cœlum Empyreū?

k Et.

Et, an credere sit agnito Dei verbo, & in hoc, promissioni de Christo mediatore, assentiri, confidere, & acquiescere?

De accidente.

Utrum accidat τῷ φαγεῖν τὸ σῶμα τῷ χριστῷ, ἢ τῷ πιεῖν τὸ αἷμα ἑ χριστοῦ, τὸ πινεῖν, καὶ τὸ ἀναμνησθεῖν τῷ κυρίου; Et an cœnare accidens habeat, se ipsum probare. Et an τῷ indignè manducare, & bibere, sit non dijudicare corpus Domini?

5. Ὑσὺς συλλογιστικός.

Vera Ecclesiæ Christi, agunt ex verbo, & institutione, & mandato Domini, hoc est, panem accipiunt, frangunt, dant communicantibus, & dicunt: accipite, edite, hoc est corpus Christi. Et hi edūt. Item poculum accipiunt, & dant cœnantibus, additis Christi verbis, hoc est sanguis meus, &c.

Ergo Ecclesiæ illæ veram habent cœnam Domini. Et, Sacramentarij secus faciunt.

Sacra-

Sacramentarij igitur non habent veram
cœnam Domini. Neq; Christum habent
ibi præsentem, vt distributorem, & di-
stributum.

Item,

Papistæ in suis missis omnino diuersum
faciunt. Eas enim offerunt pro viuis,
& mortuis: calicem populo auferunt,
& mortuis: calicem populo auferunt,
& mortuis: calicem populo auferunt,
obstante verbo Christi, bibite ex hoc o-
mnes: quæstum etiam istis missificatio-
nibus faciunt, panem asseruant, adorât,
reponunt, circumferunt in processioni-
bus: vinû ostentant p sanguine Christi.
Ergo Papistæ in suis congregationibus
non habent cœnam Domini.

Ad vsum topicum pertinet reliqua
materies: quam suppeditat hoc prædica-
mentum. Omnes enim huc referuntur a-
ctiones: vt discessus, reditus, aduentus,
introitus, exitus, ascensus, descensus.

Caput LIII.

ΤΟ ΠΑΣΧΕΙΝ, ΡΑΤΙ.

k 2

Supre-

Superiori loco coniunctus est ille: quē Peripat. nominat τὸ πάσχειν, perpeti. est. n. illius tanquā finis, aut effectus. Nam idcirco agit quispiā, ut ab eo aliqd agatur, atq; efficiatur: & illud ipsum vel patiat, vel saltem pati videatur. Partitiones habet hæc categoria tres: quarū prima est τὸ τέλους, finis: altera τὸ ὑποκειμένου, rei subiectæ: quæ suscipit actionē, seu patitur: tertia est τὸ χρόνου, temporis.

Prima Diuisio.

Omnis perpeſſio ſpectat ad eius, quod patitur vel	{	Interitum, nomina- tur ἡ φθαρτικὴ.
		Conſeruationem, atq; perfectionem, quæ Φυ- λακτικὴ, ἢ τελειωτικὴ dicitur.

Exempla prioris generis.

λυπεῖσθαι, triftari. ut, Edentibus illis, dixit Dominus. Amen dico vobis: quod vnus veſtrum me proditurus eſt: & mæſti redditi vehementer, λυπούμενοι

οἱ σφόδρα, caeperunt singuli dicere ei:

Num ego sum?

Πεινάειν, esurire. Quòd si quis esurit.

Μεθύειν, vino obrui. καὶ ὅς μὲν πεινάει, ὁ δὲ μεθύει.

Παραδίδοσθαι, tradi, seu prodi. Filius ho-

minis traditur. Væ homini isti, per quē

Filius hominis proditur. Melius fuisset illi, si nunquam natus fuisset homo ille.

Δίδοσθαι, tradi. ut, Quod corpus pro vobis traditur.

Σταυρωθῆναι, cruci suffigi. Filius hominis traditur: ut crucifigatur: eis τὸ σταυρωθῆναι.

Κοιμᾶσθαι, dormire, pro mortuum esse.

Sed in sacris literis, quietem potius si-

gnificat: quæ ad restitutionem, ἔσπερον

σώσων corporum, ideoq; ad conseruationē

potius, quàm ad interitum spectare vide-

tur. Mors, inter relata inuenitur: quæ est

antecedens, ἔσπερον καὶ κοιμᾶσθαι. ut, τὸν

Σάββατον τὸ κυρίου καὶ μεθελε. Mori au-

tem huc pertinet. Ac Christus reuera mortuus est: humiliavit enim se, vsq; ad mortem: mortem autem crucis: quæ sanè acerbissima fuit mors coràm impijs. Itaq; tota passionis Domini huc referri debet historia. Et quanquam, cum Christus moreretur, & verè pateretur: animaq; eius separaretur à corpore, vsq; ad eius resurrectionē: ita humana in ipso natura, propter hanc ἀλώσειν, videbatur destrui: tamen ut Diuinitas, ὁ Λόγος, animā eius non reliquit in inferno: ita non fuit carnem illius videre corruptionē, πᾶρα φθορῶν. Nihil enim de eius natura, atq; substantia corporea interiit: sanguis etiam in passione illa effusus non computruit: sed omnis pro nobis profusus Christi viuificus sanguis, vi, & omnipotentia resurgentis, qui est ipsa resurrectio, resumptus intra corpus est: idemq; qui in prima cœna, in reliquis, vsq; ad eius reditum, cœnis, ore, cordeq; hauritur. Est enim hic sanguis noui testamenti ἀφθαρτος, incorru-

corruptibilis. Non enim rebus corruptio-
 ni obnoxijis redempti sumus: sed morte
 Filij Dei: quæ etsi vera corporis, & ani-
 mæ fuit dissolutio: non tamen fuit τοῦ
 λόγου vivificantis, & conseruantis om-
 nia, vel ab anima Christi, vel ab e-
 ius corpore, separatio. Fuit enim ἀδια-
 λύτως, καὶ ἀχωρίτως, Verbum, seu
 Diuinitas Christi, vnita, atque copulata
 cum anima, & corpore eius ἡνωμένη
 καὶ ἑνωμένη, etiam post mortem Domini. Itaq;
 horribilis, & execranda dirissimis ana-
 thematismis est quorundam blasphemorū
 Zuinglianorum hæresis noua, & inaudi-
 ta: qui negant sanguinem Christi, qui pro
 nobis profusus est, adesse, & ore bibi in
 cœna Dominica: propterea quòd compu-
 truerit, atq; perierit. Quòd si diabolica
 ista hæresis est vera: profectò Zuingliani,
 sua spiritali, vel imaginatoria τῶσδε, nõ
 bibunt sanguinem noui testamenti: qui
 profusus est in cruce: sed bibunt alium: in
 resurrectione, si credere fas est, creatum

scilicet sanguinem. Nihil igitur ad illos promissio remissionis peccatorum, quae contingit nobis, propter profusum sanguinē Christi, pertinet. Iuxta illud: qui pro vobis, & pro multis effunditur in remissionem peccatorum. At nouum testamentum, est illius promissionis, τῷ τοῦ ἐκχυόμενου ὑπὲρ ὑμῶν αἵματι. & τῷ Χρ. 1500. Itaq; fidei est præcipuum obiectum. Nulla igitur re nititur istorum fides. Eamq; ob causam nulla sunt fide præditi: sed sunt tantum imaginatores φανταστικοί.

Εκχυώεσθαι, effundi. τὸ τῷ πολλῶν, & ὑμῶν ἐκχυόμενον: qui calix, aut in eo sanguis, pro multis, & pro vobis effunditur.

κατακρίνεσθαι, condemnari. Vt, ne cū hoc mundo condemnemur.

φαγεῖσθαι, & πίνεσθαι, manducari, & bibi. Nam panis ore capitur, dentibus atteritur, corrumpitur: vinū ore hauritur, & consumitur.

Alce-

Alterius generis exempla,

τῶν Φυλακικῶν.

Ἐπιθυμεῖν, desiderare. *Vt, Desiderio desideravi, Ἐπιθυμία ἐπεθύμησα, hoc Patsha edere vobiscum, antequam patiar.*

Luc. 22.

Χαίρειν, gaudere. *quo audito, gavisii sunt,*

ἔχαρη *Can. Marc. 14.*

Intermediæ παθήσεως.

Ἀκέφην, audire. *vt quo audito, gavisii sunt.*

Item,

Audio dissidia inter vos esse.

Κρίνεσθαι, iudicari. *vt, Si enim nosmetipsos dijudicassemus: haudquaquam diiudicati fuissimus.*

Παιδ Δεσφ, corripere, & castigari. *At cum iudicamur: à Domino corripimur: ne cum hoc mundo condemnemur. κερνόμοι δὲ, ὑπὸ κυρίου παιδ Δόμεθα.*

Aliud, & singulare genus.

Quaedam sunt eiusmodi: vt etsi pati videantur, & corrumpi: tamen natura

k 5 sunt

sunt tali p̄dita: vt nec pati, nec corrumpi
 possint. Corpus enim Christi in sacramen-
 to cœnæ accipitur, & manducatur: san-
 guis etiam eius ore hauritur: vtrumq; in-
 tra nos sumitur. Sed vt Christus, in pri-
 ma cœna nihil pati, sed agere aliquid vo-
 luit (in cruce enim mori voluit) sic in re-
 liquis cœnis, nihil patitur, sed agit nobi-
 scum. Nec mors illi ἀφθάρτω, ἀθανά-
 τω, ἀεὶ ζῶντι amplius dominatur: sed ipse
 Dominus, & dux vitæ, mortem, dolores,
 cruciatusq; animi, & corporis deuicit,
 mortiq; dominatur. Caro enim eius, in
 morte, corruptionem non vidit: multò mi-
 nus in cœna sentit πνευματικῶς: imò
 tantum abest: vt voretur, ingurgitetur,
 deglutiatur, concoquatur, absumatur: vt
 etiam nostram carnem corruptioni sub-
 iectam, viuificet, sustentet, & in nouissi-
 mo die, integritati suæ restituat, atque
 exuscitet ad vitam æternam. Ideo san-
 cti Patres ex mādicatione corporis Chri-
 sti, & haustu sanguinis eius, plerunq; con-
 fir-

firmant spem resurrectionis nostrorum corporum.

Altera diuisio perpeffionum.

Quicquid patitur, aut animatum est, aut inanimatum: quod verò animam habet, vel spiritus est, vel corpus: idq; vel sentit, vel non sentit. Deniq; omne quod huius loci est: aut sentitur, aut non sentitur.

Spiritus.

Vt, Deus. Huc referri illud potest: An Ecclesiam Dei contemnitis? Qui enim Ecclesiam contemnit: is Deum contemnit: vt hunc contemptum ipse Deus pati videatur.

Rerum corporatarum exempla.

Iesus Christus Deus, & homo perfectus, & integer: qui sumitur in cœna totus: ac proinde eius corpus, & sanguis. Sed vt non sentitur à manducantibus, & bibentibus: ita nec ipse quippiam sentit: vt pati dicatur. Nam nec sentitur Deus, quoad eius ἐσία, in nobis habitans: tamen si quoad ἐρέγδα, seu efficaciam, qua

qua in nobis agit, & viuit. Ita fructum corporis, & sanguinis Christi intra nos sumpti, & manentis sentiunt pij: quemadmodū impij, qui iudicium sibi ederunt, & biberūt, rei q̄ sunt corporis, & sanguinis Domini, sentiunt iudicem intra se: à quo iudicantur, & castigantur: & nisi resipiscant, cum mundo condemnantur.

Idem Christus ab indignis contumelia afficitur: dum eius corpus non dijudicant. Sed de hoc reatu supra, ex Patrum Cap. 4. pag. 348. diximus sententia.

Eiusdem corpus pro nobis traditum est, sanguis eius pro nobis fusus. In quo verè passus est horrendos cruciatus.

Corinthij, omnesq̄ indigni. Nam ex his multi sunt ἀδελφεις, καὶ ἀρρωστοι, imbecilles, & inualidi: & mortui sunt multi. Ergo iudicatur, & corripitur à Domino: multi ad condemnationem conueniunt: & cum mundo condemnantur.

Quidam ex his esuriunt: quidam sunt remulenti. Idem à Paulo non laudantur, sed acriter reprehenduntur.

Mundus, omnesq; impij, non agentes
pœnitentiam, condemnantur.

Res corporatæ non sentien-
tes, quæ tamen percipiuntur sensu.

Panis, in cœna, accipitur, frangitur, da-
tur discipulis, ab his sumitur, mandu-
catur, in stomachum demittitur, & ab-
sumitur.

Poculũ accipitur, daturq; discipulis. Ex
quo vinum bibitur, quod est sanguis
Christi. At vinum sumptum absumi-
tur: ut alius potus: Christi sanguis unã
haustus nequaquam consumitur.

Tertia diuisio.

Quædam ex his sunt antecedentia,
quædam consequentia, quædam inter hæc
media. Itaq; sunt gradus τῶν τῶ ἀθημά-
των, eorum qui indignè corpus, & san-
guinem Christi sumunt.

Τὰ ἡγέμενα.

1. Iudicium sibi manducant, & bibunt.
2. Rei sũt corporis, & sanguinis Christi.

Τὰ

Τὰ μέλας.

3. *A Domino iudicantur, & castigantur,
Morbis.
Morte corporali.*

Τὰ ἐπόμψα.

4. *Si non hac πῦδέια σωμαλικῆ, emen-
dantur: cum mundo κῆκρίνονται, con-
demnantur, & pœnis æternis, seu mor-
ti sempiternæ adiudicantur.*

Alia diuifio.

*Potesſe ſuperioribus illa quoq; adijci
partitio: quòd huius attributi quædam
ſunt ἀμελάβατα, quædam μετὰβατικὰ.*

*Τὰ ἀμελάβατα, quæ intra eãdem
manent, ac terminantur substan-
tiam, in qua ſunt excitata.*

*Talia ſunt: λυπεϊδῶ, πέναν, Πιτυμείν,
χαίρειν. Hac enim manent in re, quæ ſic
affecta eſt.*

*Τὰ μετὰβατικὰ, quæ deſinunt extra
agentem, ſuamq; cauſam efficien-
tem.*

Huius

Huius generis sunt: μεθύειν, κραιμά-
σαι, ἢ τεθναῖναι, παραδίδοσθαι, δίδοσθαι,
σαυροῦσθαι, ἐκχωρεῖσθαι, κρίνεσθαι, παιδύ-
εσθαι, κατακρίνεσθαι, κλάσθαι, distribui. Cor-
pus enim Christi distribuitur: iuxta il-
lud: τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλάσθησθαι.

Τὰ ἑδέτερα.

Φαγέσθαι, καὶ πίνεισθαι.

Vsus huius prædicamenti.

1. Οριστικός.

Λυπεῖσθαι, tristari, est sic affici animo, ex
presenti malo: ut propter id, contrahi
animo, rectum esse videatur.

Πεινᾶν, esurire, est pati inedia, & ani-
mo esse sic affectum, ut quis cibum ap-
petat.

Μεθύειν, ebrium esse, vel temulentum: est
vino sic obrutum, & grauatum esse: ut
caput doleat, vētriculus, & reliqua μέ-
τρα langueāt, & titubet inebriatus.

2. Διαγγελικός.

Vsum hunc paulò antè partiendo de-
monstrauimus.

3. Προ-

3. Προβληματικός.

Quaestio generis.

*Ἐνὶ τῷ λυπεῖσθαι ἴσθαι πᾶσιν, ἢ ἀλά-
κῆσθαι πῶς; Et, num πᾶσιν ἴσθαι ἴσθαι θυμῶν;
An ἀλῆσθαι ἴσθαι aliquid, nec ne?*

Proprii.

*Num solus panis, & vinum in caena,
& per se manducetur, & bibatur: an ve-
rò etiam corpus, & sanguis Christi? Itē,
soli ne pij dicantur κριμαῖσθαι, an verò e-
tiam impij?*

Definitionis.

*An κρινεῖσθαι, iudicari, sit à Domino
castigari, morbis, vel morte corporali, vt
corruptus resipiscat? Et, an κρινεῖσθαι,
condemnari, sit impium, & impeniten-
tem, iusta Dei sententia, morti, supplicioꝝ
sempiterno adiudicari, nec ne?*

Accidentis.

*Ἐνὶ τῷ manducari ἴσθαι ore captum ci-
bum dentibus atteri, & deglutiri, seu vo-
rari, & in stomachum, atq; intestina tra-
ijci,*

ijci, ibiq; consumi? Hæc enim accidentia sunt manducationis. Infantes enim, & multa animantia carèt dentibus: & sunt multa quæ ore capiuntur: nec tamen cõminuuntur dentibus. Sic accidens est & ingurgitari. At Christi corpus, & sanguis sunt cibus, & potus incorruptibilis: quæ non mutatur in chylum: sed dignè sumentem transmutant, aliumq; efficiunt, & viuificant.

4. V S U S σΥΛΛΟΓΙΣΤΙΚός.

Corpus Christi in cœna manducatur, sanguis bibitur, non tantum creditur. Ergo corpus Christi, & sanguis eius sumuntur ore corporeo.

Item,

Corpus Christi pro nobis traditum est, sanguis eius, pro nobis effusus. Christus igitur pro nobis passus, & mortuus est.

Et,

A Pontificijs sacrificijs, & monachis panis adoratur, reponitur, circũgestatur. Ergo apud Põtificios nulla est cœna Domini.

l

Item,

Item,

In cœna Domini Christus nõ offertur Patri: sed ipse offertur nobis à semetipso ad manducandum, & bibendum.

In Missis Papistarum, offertur, vt somniant isti, Christus victima Patri.

In Missarum igitur celebratione, nõ peragitur cœna Domini.

Caput LV.

ΤΟ ΠΟΨ; VBI?

Τὰ γενικά, generalia.

Data est mihi, inquit Christus, omnis potestas, IN cælo, & IN terra.

Item,

Vbi duo, aut tres congregati sunt, in meo nomine: ego sum IN medio eorum.

Et,

Ego VOBISCUM sum, omnibus diebus, vsq; ad consummationẽ seculi.

Refer huc versiculum de πᾶσ-
χουσία, ἢ παύστοπία, quam Sa-
cra-

cramentarij barbarè nominant v-
biquitatem.

Enter, præfenter Deus HIC, & VBI-
QVE potenter.

Itaq; ad hunc locum pertinet vniuer-
sa disputatio de Christi, etiam secundum
naturam humanam vbiq; præfentia. Quã
nõ solum D. Lutherus sanctæ memoriæ,
vir, & D. Ioannes Brentius, eiusq; colle-
gæ, alijq; Augustanæ confessionis Theo-
logi rectè defendunt: sed nostri etiam pa-
stores, & ministri Ecclesiæ Argentinen-
sis, cum Ecclesiâ, piè profitentur. De qua
breui, vt diximus, opus magnum ex Pa-
trum orthodoxorum monumentis concin-
natur, in lucem dabit Melchior Specce-
rus. Nos lectorem ad scripta Lutheri, &
Vuirtembergensium Theologorũ, & no-
strorum Doctorũ remittimus. Idem nobis
cum, tum alij Saxonicarũ Ecclesiarum
ministri sentiunt: vt Ioachimus Vuest-
phalus, Ioann. Aepinus, Ambsdorsius,
& alij, quos longum esset recensere: tum

Abdias Prætorius in libro suo eruditissimo de cæna Domini, & D. Nicolaus Selneccerus, in sua pædagogia. Cui sententiæ, quia vera, & catholica est: & quia gloriam, maiestatemq; regnantis Christi illustrat: imò agnitionem rectam personæ Domini nostri tradit, subscribo. Quod .n. Zuingliani, & Calvinistæ hostes omnipotentis, & ubiq; præsentis Christi, eam negant, oppugnant, atq; irrident: faciunt more suo. Certè ficulneis istis, & nugatorijs, blasphemisq; argumentis, vel sophisticis potius ratiunculis, non expugnabunt hanc Christo homini traditam à Verbo ἐξουσίαν: quam ad dextram Dei collocatum semen Abrahae, in conceptione, cū Verbum caro fieret, accepit. Præsentiam hanc vniuersalem Græci ἐνοσχολίω ἐνωσίων vocant. De qua cum supra diximus aliquoties: tum infra dicemus, in prædicamento ἐξεῖν. Nunc ea hoc in loco statuiamus ascribere: quæ dictauimus auditoribus nostris, cum illā categoriam explicā-

plicaremus: vt studiosi sciant, vbi sit Chri-
 stus NOBIS: videlicet IBI, VBI se
 verbo certo futurum promisit. Ergo IN
 sua cœna totus est, Deus, & homo. Pri-
 mum iuxta generalem præsentiam: sicut
 scriptum est: Ero vobiscum: VBI duo, aut
 tres congregati fuerint. Deinde speciali
 IN cœna adest præsentia: corpore scilicet,
 ac sanguine suo, non separatis his rebus
 ab anima: multò minus à Verbo, quod
 NVS QVAM est extra suam carnem, seu
 assumptam humanam naturam, in vni-
 tatem personæ inseparabilem. Diximus
 autem supra, ex Patrum quoq; doctrina,
 atq; confessione, adesse Christum, IN Ec-
 clesia sua, quæ hic in terris peragitur, præ-
 sentem Deum, & hominem: vt dispensa-
 torem sui corporis, & sui sanguinis. Itaq;
 & MINISTRIS Ecclesiæ adest ó με-
 τὰ δὲ ἑαυτὸν. Adest igitur symbolis
 exhibitivis, pani, & vino IN, SVB, vel
 CVM symbolis istis exhibentibus. Sed
 IBI adest distributor, HIC distributus.

Vbi Chris-
 tus in sua
 cœna.

Vbi non sit
Christus sa-
cramenta-
liter.

Adest præterea sumentium ORI corpo-
reo: deniq; corpori, animæ, & fidei nostræ,
IN hoc ipso vsu, actionibus legitimis con-
currentibus. Non enim EXTRA man-
dicationem, & potum adest vel signis,
vel manibus ministrorum, propter panẽ,
& vinum: si non accedit hic vsus, seu re-
uerẽtia, distributio, & sumptio: quæ exter-
na est, & corporalis, non interna, & spi-
ritualis. Manibus enim, & ore, fit sacra-
mentaliter, seu mystica cœna: non anima, et
fide, ut πρὸς μαλιχὴν Βεῶσις. Multò mi-
nus pani, & vino adest sacramentaliter,
extra sumentem, post cœnam: ut in edicu-
la idolatrica Papistarum. Iuxta illud,
Hoc, quod accepistis, & bibistis, est cor-
pus, & sanguis meus. Nam in præterito
infinite loquitur, λάβετε, φάγετε. Neq;
igitur est Christus in capsula, quã Mon-
strantiam vocant. Non enim inquit, δέ-
ξατε, ἢ πεινέετε, sed λάβετε, φάγετε.
Vbi ergo in hac præterea est actio? In-
tra sumentes. In quibus habitat, & ma-
net.

net. Et si enim Christus VBI QVE est: ta-
 men non VBI QVE habitat: sicut Vete-
 res locuti sunt. Est igitur in ijs, qui indi-
 gnè corpus, & sanguinem sumpserunt:
 verum vt iudex seuerissimus. Vtrunq; e-
 nim regnantis vbiq; Christi officium est,
 quò ad homines, seruare, inquam, & iu-
 dicare. Vbiq; etiam est, in cælo, & terra,
 iuxta traditam sibi potestatem, quo ad res
 omnes cõditas pertinet: vt eas, quam diu
 velit gubernet, atq; sustentet. Quantum
 ad ὁμοσίαν attinet: Christus est in Pa-
 tre, & Pater in Christo. Quemadmodum
 Spiritus sanctus est in Patre, à quo pro-
 cedit: & in Filio, à quo vel mittitur, vel
 pariter procedit. Itaq; afflans discipulos
 Christus, accipite, inquit, Spiritum san-
 ctum. In Christo præterea est plenitudo
 diuinitatis ὁμοεικὼς. Et Verbum erat
 in principio apud Deum. Idemq; in mun-
 dum venit: Verbum enim IN vtero vir-
 ginis caro factum est. Est igitur vbiq; a-
 pud Verbum, non assistentia, aut nuda

Vbi Chri-
 stus ratio-
 ne commu-
 nis susten-
 tationis.

Ratione cõ-
 substantia-
 tionis, et a-
 liarum con-
 siderationũ

Ratione v-
 tionis hypo-
 staticæ, v-
 bi diuini-
 tas?

praesentia: sed ἡ παρουσία, seu subsistentia.
 Idem est cum Patre, Spiritu sancto, semper
 in caelo: etiamsi sit in terra, aut alijs
 caelis aspectabilibus, aut etiam in aëre, &
 nubibus. Non enim incarnatum Verbum
 extra S. Trinitatem est. Et qui descendit
 è caelo, est in caelo. nam quia descendit: i-
 deo ascendit in caelum. Ergo licet sit in
 sua Ecclesia, & singulis eius membris: ta-
 men est in caelo: & quanquam est in, vel
 sub, vel cum symbolis pane, & vino in cae-
 na: tamen quia non sunt elementa mun-
 di, sed signa caelestia: idcirco tum non de-
 serit caelum: sed caelesti ratione in caelo est.
 Deniq; in ipso sumus, vivimus, & moue-
 mur: & ipse erit omnia IN omnibus. Nō
 igitur Christus homo, tantum est in caelo
 condito, quod pars est mundi: sed etiam in
 reliquis mundi partibus: imò est supra,
 ultra, extra, & intra omnes mundi par-
 tes, & creatas res. In caelo Empyreo, V-
 ranopæorum, quia fictum, & commenti-
 tium, nequaquam est: quemadmodum nō
 est

est in *Vropia Thomæ Mori Britanni. Vbi non est*
 Neq; est in schismaticorum, & aliorum
 impiorum cœtibus, & congregationibus
 speciali præsentia: iuxta illud: vbi duo,
 aut tres congregati sunt, in nomine meo.
 Nec igitur est hac ratione præsentiæ, in
 concœnationibus Anabaptistarum, aut
 Zuinglianorum, & aliorum Enthusia-
 starum. In his inquam, neq; diuinitate,
 neq; spiritu, neq; vigore suæ carnis est: sed
 in suo cœtu, in ipsius nomine, mandato, &
 verbo congregato. Non enim dicit, I B I
 S V P R A, in cœlo supremo, est mea cœna,
 I B I sum, modò sto, modò curro: I B I mo-
 querite, non in verbo, et sacramētis meis:
 sed E O vsq; ascēdite phantasia, & imagi-
 natione. Neq; igitur in Missis papistarū
 est Christus *μυσικὸς*: sed est ibi quoq; ra-
 tione communis iudicij. Hic igitur mini-
 mē est: iuxta illud: Venient falsi prophe-
 tæ, qui dicent: ecce illic Christus est, &c.
 Nolite credere. Ideo subiicit *αὐτίδε-*
σιν, de præsentia iudicij: quam fulguri
 6 5 *torri-*

terribili, & in ortu, atq; occasu, & apud nos, vno momento, praesenti, comparat.

Rursus de Christi vbiq; praesentia, & sacramentali.

Christus igitur homo, in vna indissolubili persona, *ἰσωςελικῶς* vbiq; est, vbi Verbum, seu Christus Deus, Dei Patris aeterni Filius est: & vbi Pater, & Spiritus sanctus est: ibidem *ὁμοῶς* & totus Christus est, generatim. Idem hic, vel illic speciali modo huic, vel illi adest: manifestatione, seu apparitione, atq; dispensatione, vel inuisibili praesentia, propter peculiarem aliquam promissionem, vel exhibitionem, vel opem, atq; auxilium, vel etiam castigationem, & poenas. Ideoq; & in caena est, IN omnibus locis: vbiunque illa peragitur: idq; non tantum diuinitate, seu spiritu: sed etiam anima sua humana: quae neq; à diuinitate, neq; à corpore, & sanguine suo, locorum spacio abest. Itaq; vbiq; terrarum est: vbiunq; caena eius administratur. Quamobrem id verò?

Pro-

Propter patefactionem illam singularē: quæ his verbis ostenditur: Hoc est corpus meum, Hoc est sanguis meus. Præsens etiam est extra sacramenta sua: propter alias promissiones: Ego sum vobiscum vsq; ad consummationem seculi. Vbicūq; duo, aut tres congregati sunt, in meo nomine: ibi in medio sum illorum. Ego inquit, nō mea diuinitas, aut spiritus tantum, Atq; hæ promissiones sunt voluntatis Christi certissima indicia. Quod autem dicit: potest ex sui verbi prolata vi præstare: quā potentiam verbum prolatum habet aliunde. Nam quod humano suo veracissimo loquitur ore: id propterea potest efficere: quod illius oris corpus, & anima, sunt à Verbo, seu Filio Dei: verbo, inquam, non prolato: sed Verbo, ab æterno, à Patre genito, in vnitatem personæ, assumpta, nunquam, & N V S Q V A M separanda. Itaq; quod in cæna Christus, etiam homo adest: id habet à Verbi omnipotentia: à quo regnum accepit cæleste: longissime

simè à mundanis regnis distinctum. Ut
 Christus nō solum sit, iuxta naturam hu-
 manam, ubiq, & propterea etiam in cœ-
 na: verum etiam, secundum humanam
 suam naturam, esse queat in sacra cœna.
 Quia & extra cœnam, ubiq, est. Quòd si
 in omnibus locis, & singulis cœnantibus,
 in hoc ab ipso instituto epulo, præsens ad-
 est Christus, quā homo, extra quem non
 est Verbum: & adest non ex se: sed quia
 hanc potentiam accepit à diuinitate: ad-
 estq, non abolita natura humana: sed su-
 stentata à λόγῳ, & præsentata, atq, ex-
 hibita: quid obstat, quò minus idem Chri-
 stus homo, esse possit ubiq, præsens Chri-
 sto Deo? ut vnus, non duo sint Christi?
 Nam cum in cœna adsint corpus, & san-
 guis Christi: propter Verbi omnipotentia,
 & ubiq, præsentiam: quod Verbum ho-
 minem assumptum, in parem gloriam,
 qua regnum Christi ubiq, diffusum est, ita
 euexit: ut non tam autoritate, quàm præs-
 entia omnia administret: cōficitur inde:
 homi-

hominem illum, incolumi sua substantia, esse posse ubiq³ cœlorum, & terrarum. Est enim rex gloriæ, sedens ad dexteram Patris sui omnipotentis, & propterea omnia coram gubernat, & administrat. Neq³ n. ita decurtata est dextera Dei: ut hic modus eius omnipotentia solus constitutus sit: quo suum corpus, & sanguis in cœna est $\mu\upsilon\sigma\iota\kappa\omega\varsigma, \eta\gamma\omega\omega\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\ \beta\rho\omega\sigma\iota\nu, \kappa\alpha\iota\ \pi\acute{o}\sigma\iota\nu$ præsens: ut aliam rationem nesciat: qua extra usum cœnae, in baptismo, & verbi prædicatione, præsens adsit, in Ecclesia: in priuato etiam cœtu, eoq³ paucorum. Iuxta illud: Vbicunq³ duo, aut tres cōgregati sunt in meo nomine, &c. Quod si non modo $\delta\iota\omega\alpha\lambda\omicron\nu$, sed etiam facile est Christo, in cœna adesse: seipsum exhibere sumendū manducando, & bibēdo: cur difficile est, aut $\alpha\delta\omega\alpha\lambda\omicron\nu$, eū alijs rationibus adesse cū Ecclesiæ: tum omnibus cæteris quibuscūq³ creaturis? Ut per quæ illæ conditæ sunt: per eundem etiam res eadem sustententur, conseruentur, & gubernen-

bernentur: impios quoq, vt seuerus iudex, ac præsens terreat, condemnet, & ad æterna supplicia referuet? Hæc oratio nõ spectat eò: vt Sacramentarijs vbiq, præsentiam Christi, etiam iuxta humanam eius naturam, demonstrem. Nam isti pertinacissimè negāt Christi corporis, & sanguinis, in pane, & vino cœnæ, præsentiam, & sumptionem. Negāt igitur principium, seu clarũ, perspicuumq, Dei verbum, Hoc est corpus meum: hoc est sanguis meus: idq, in tropos diuersos, ac inter se repugnātes, transmutant: fædiore principij petitione: qua seipsos cõficiunt. Est enim istorũ quisq, suum modũ putat esse verum, & sanctum: tamen nullus eorum adhuc suũ demonstrauit. Imò dũ inter se dissentiunt: alter alterius modificationẽ reijcit, & refutat. Si enim Zuinglij per significat enarratio est vera: profectò falsa est Oecolampadij figura. Quòd si huius metaphora certa est: etiam falsa erit Caluini metonymia, & cæterorum tropicæ
 expo-

expositiones, inter se acerrimè pugnan-
 tes. Vno autem plus esse verum non po-
 test, in pronunciatorum discordia, atque
 contentione. Itaq; manent Christi verba
 adhuc, per istorum etiã morosam dissen-
 sionẽ, in sua vi, atq; potestate nativa. Sed
 non est mirum, istos impiè negare, quæ di-
 xit Christus de pane, & vino. Cum nefa-
 riè inficientur, omnipotẽtia Dei fieri pos-
 se: vt vnum corpus sit in pluribus locis
 si is illud esse velit. Itaq; multò magis ne-
 gant isti Pliniani Philosophomateologi,
 Christum à Verbo non accepisse omnipo-
 tentiam, seu $\omega\acute{\alpha}\sigma\upsilon\nu\ \epsilon\acute{\xi}\omicron\upsilon\sigma\iota\alpha\nu$. Cum igitur
 isti negent principia: quæ qui sumit,
 non vitur eo, quod controuertitur, pro
 argumento: sed vitur solido, firmoq; fun-
 damento: quod est omnibus sanis, $\alpha\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}\nu\tau\omicron\nu$,
 $\alpha\acute{\nu}\epsilon\nu\sigma\tau\epsilon\lambda\omicron\nu$, & $\alpha\acute{\nu}\alpha\nu\lambda\iota\pi\pi\eta\tau\omicron\nu$: idcir-
 co, cum illis $\alpha\pi\iota\sigma\omicron\iota\varsigma$ Academicis hic non
 disputo. Nam quæ hæcenus diximus: ea
 propter quosdam semiZuinglianos di-
 ximus: qui modum sacramentalem præ-
 sentia

Το ἐναρ-
 χῆ.

sentia Christi concedunt, & defendunt: reliquos negant, aut de ijs ambigunt: quibus peculiariter Christus promittit, SE ad futurum, & quibus adest omnibus rebus totus, & integer.

Vbi autem Calvinista Christum iuxta humanam suam naturam esse dicant: id ex illorū crassa confessione quisq; intelliget. Sic igitur scribit quidam: Præsens est, in cœna, spiritualiter, per fidem.

Vbi sit Christus, et quo modo sit Calvinistis

Quatenus suo spiritu ad nos **VSQVE** descendit: illabitur **IN** nostra corda: eaq; **SURSVM SVpra** omnes istos cœlos, ubi est corpus suum, subleuat: suamq; carnem viuificam **IBI** manentem, nobis communit: & quatenus nos spiritu **EOVSQVE** euecti, viuificam Christi carnem, per fidem recipimus: ea fouemur, alimur, sustentamur. Calvinus, quamuis, inquit, Christus secundum carnem, **A TERRIS** absit: nos tamen verè, in cœna, corpore, & sanguine eius pasci: & fieri, arcana spiritus virtute: ut fruamur **vtiusq; præsentia.**

sentia. Et, quanquam loco distet à nobis
 Christus: immensa tamē spiritus sui vir-
 tute, nobis esse præsentem: vt eius caro
 nobis sit viuifica. Præceptorī suo sub-
 scribit Beza, ad hunc modum: Sicut, in-
 quit, scimus, signa esse IN terris: & non
 ALIBI: ita statuimus, rem ipsam, id est
 Christum, secundum carnem COELO,
 & non alio loco contineri. Item, quò fit,
 vt hoc respectu, verè coniuncta dici de-
 beant signa cum re, id est, carne Christi:
 quamuis LOCORVM INTER-
 VALLIS, longè, lateq; sint separata.
 Idem in sua $\kappa\omicron\epsilon\omega\Phi\alpha\upsilon\iota\alpha$ Cyclopica, &
 Capernaitica: Hactenus, ait, præsentiam
 corporis, & sanguinis ponimus, non quòd
 sit IN terra Christi caro: sed quòd manēs
 IN cælis: nobis tamen per fidem, in cælū
 vsq; euectis, verè per Spiritus sancti o-
 mnipotentiam, communicetur in vitam
 æternam. Et quidem hi Enthusiastæ ha-
 Æenus satis apertè, & ingenuè confiten-
 tur: VBI Christus suo corpore, & san-
 m guine

guine maneat. Sed isti insaniant, quò ad
 volent. Nos, contemptis eorum furori-
 bus, Christo credamus: qui asseuerat, hoc,
 quod nos in terris accipere, & edere, bi-
 bereq; iussit, ESSE, non diuinitatem, aut
 spiritum, aut vigorem, seu virtutem sue
 carnis, aut sui spiritus, sed suum corpus,
 & suum sanguinem: quod sanè nunquam
 dixisset: si adesse non posset, aut si non ad-
 esset sua natura humana. Quòd si hoc præ-
 sentia modo adest, & adesse potest: quid
 prohibet: quò minus alijs compluribus ra-
 tionibus præsens sit, & esse possit tota sua
 persona: vbicunq; se præsentem fore pol-
 licetur, aut affirmat?

Caput LVI.

*Ad γενικά referuntur illa ἐγω-
 ματικά.*

Primo die Azymorum dicebant Disci-
 puli (Petrus, & Ioannes) Vbi, mod, tibi
 parabimus, ad edendum Pascha? Lu-
 cæ 22.

Item,

Item,

Dicite Patrifamiliâs, Magister dicit, V-
bi est diuerforium: vbi, ὄπιον, cū discipu-
lis meis edam Pascha? Et ille ostendet
vobis triclinium magnum, stratum, pa-
ratum: ILLIC, ἐκεῖ, parate vobis.

Marci 14.

Et illud ἀόρετον.

Et quocunq, ὄπιον, ingressus fuerit (scili-
cet baiulans hydriam fictilem, aquæ
plenam) Ibid.

Sequuntur τὰ εἰδ: κα: specialia.

Introeūtibus vobis IN CIVITATEM,

occurret homo vas aquæ testaceum por Vbi Pascha
tans: sequimini eum IN domum, IN immolatū
quam intrat. Luca 22. Et exierunt sit, & pri-
discipuli eius, & venerūt in ciuitatem, ma cœna à
& repererunt, quemadmodum dixerat Domino cū
illis: parauerunt q, Pascha. Mar. 14. duodecim
celebrata.

Item,

Et ille, paterfamiliâs, ostendet vobis ἀ-
νώρετον, cœnaculum magnum, stratum,
ILLIC, ἐκεῖ, parate nobis. Ibid.

m 2 Et,

Et,

Veruntamen ecce, inquit Christus apud
Lucam cap. 22. post narrationem cœ-
næ administratæ, manus prodentis me,
mecum est IN mensa.

Huc pertinet illud:

Congregati sunt ergo principes sacerdo-
tū, & scribæ, & seniores populi, eis τῶν
αὐλῶν, in atrium, vel aulam principis
sacerdotum, qui dicebatur Caiapha.

Item illa ad Corinthios,

Propterea INTER vos, ἐν ὑμῖν, multi
sunt imbecilles, & inualidi, & dormi-
unt multi.

Et,

Audio dissidia inter vos, ἐν ὑμῖν, esse.
Oportet enim & sectas inter vos esse:
quò qui probati sunt, manifesti fiant,
inter vos.

Item,

Cum conuenitis IN Ecclesia, ἐν τῇ ἐκ-
κλησίᾳ.

Ibidem,

Cum

Cum conuenitis igitur IN eundem locū,

Ἐπὶ τὸ αὐτό.

Et,

Quod si quis esurit: DOMI edat.

Et iterum,

Num sanè domos non habetis, ad eden-
dum, & bibendum?

Alia quædam γενικά.

Numerant præterea Peripatetici sex
alia genera huius attributi: quorum duo
sunt

Τῆ βάρους, altitudinis.

Supra, ἄνω.

Infra, κάτω.

Τῆ πλάτους, latitudinis.

Ad dextram, δεξιά, ἐκ δεξιῶν.

Ad sinistram, ἀριστερά, ἐξ ἀριστερῶν.

Τῆ μήκους, longitudinis.

Ante aliquem, ἔμπροσθεν.

Post aliquem, ὀπίσθεν.

Omnia hæc propriè accipiuntur τοπι-
κῶς, localiter. In hac autem Theologica
quæstione, non item. Etsi enim Supra, &

Infra, locum significant: tamen non inde efficitur: ut si Christus totus, supra, & infra, aut ubiq; sit: quemadmodum est in cælo, & in terra, & ubiq; totus: idcirco sit ibi localiter, & ὡς ἐν ἑνὶ τόπῳ. Etsi enim humana in Christo natura, quò ad eius corporis modum, est finita, & circumscripta: tamen supra ostendimus, eum alicubi esse posse non localiter: ut in partu virginis, in egressu ex monumento, & in ingressu ad discipulos: cum omnia clausa essent: τὰ τῆς μητρὸς κλειθρῶν, ut Nazianzenus loquitur: sepulchrum obsignatum, & stupentia claustra, Ἰούραι κλεισθῆσαι. Cum igitur Christus adsit suo corpore, & sanguine in cæna, & in credentibus habitet: idq; non fiat localiter, & physice: concluditur, eum quidem adesse verè, & substantialiter: veruntamè ὡς ἐν ἑνὶ τόπῳ, non circumscripto modo. Iam stolidum est, quod fanatici homines garrunt: se sursum ascendere ad Christum, qui supra in cælo stet, vel sedeat: ipsumq; deor-

deorsum ad nos descendere: qui hic infra
 sumus in terris, eumq̄ suo spiritu in no-
 stra corda illabi. Hæc noua sunt verbo-
 rum portenta, ignota veteri, & catholi-
 cæ Ecclesiæ Christi. Longè est absurdus,
 quòd dexteram Dei, ad quam collocatus
 est Christus, secundum naturam huma-
 nam, locum certum esse fabulantur isti
 pseudologi, in cælo quopiam locali, supra
 istos cælos posito. Est enim hæc φωνή
 σία prorsus σωρηική. At diuinae literæ
 nos docent, τὴν τῆς Θεοῦ πατρὸς δεξιάν,
 nihil aliud esse: quàm maiestatem, & o-
 mnipotentiam Dei. Significat enim sem-
 per potentiã: qua Deus res omnes condi-
 dit, atq̄ conseruat, non per Angelos, tan-
 quã legatos, & vicarios: sed per suam ip-
 sius præsentia. Iuxta illud: Nonne om-
 nia hæc manus mea fecit? Itaq̄ rectè Ba-
 silius, τὸ δὲ δεξιὸν ἔ τὴν κάτω χώραν
 δηλοῖ: ὡς ὁ τέτων λόγος: ἀλλὰ τὴν
 πρὸς τὸ ἴσον χεῖρι. Non enim significat

Dextera
 Dei.

feriorem, minorem uē, ut isti loquuntur: sed nomen hoc relatiuum, est mutua affectionis: & propterea eiusdem potentia ostendit esse eum, qui collocatus est ad dextram æternæ maiestatis diuinæ. De hac autem Dei Patris dextera copiose, & uerè scripserunt superioribus temporibus contra Zuinglianos, & omnes Sacramentarios, Coryphæi Theologi Augustinæ confessionis: & superioribus proximis annis, & hoc labente, ij quos supra nominaui, ediderunt multa aduersus eosdem indociles, pertinacesq̄ antagonistas. Ad quorum scripta iterum hic remitto studiosos adolescentes. Retulimus hætenus ad Categoriā VBI, quæ ex controuersia cœnæ Dominicæ referenda eò esse uidebantur. Restat, ut de usu eius loci deinceps aliquid dicendum esse uideatur.

Caput LVII.

1. ὙΣ ὙΣ ὡς βληματικός.

Quæstiones generis, &
Definitionis.

*Vtrum omnibus in locis esse: sit esse
 ubiq;? Et, an ire in ciuitate, sit esse alicu-
 bi, vel aliquò cõtendere? Sit ne instruere
 Pascha in cœnaculo amplo, ἐκεῖ ἐτοίμα-
 ζει; An ubiq; esse, sit omnibus in locis,
 ubicunq; sit aliquid, siue in cœlo, siue in
 terra, aut etiam alibi, esse localiter, & cir-
 cumscripto modo: seu vt illud, quod ubiq;
 est, coëxtendatur, sicut disertis loquuntur
 Zuingliani, per omnia loca, nec ne? Vtrũ
 præsens corpus, & sanguinem præsentem
 esse in cœna, sit Christum hominem esse in
 pane, & vino inclusum, ibiq; delitescen-
 tem, vt Ioan. à Lasco nugabatur? An
 verò sit impanatum esse: quemadmodum
 alij barbari Zuingliani loquuntur: vel
 etiã pani, & vino, seu symbolis affixum
 naturaliter? Id quod per calumniam no-
 stris, ac si ita docuissent, obijciunt quidam
 fanatici. Vtrum Christus sumptus in cœ-
 na, sic intra nos sit: vt in ventriculo ha-
 bitet, vel intestinis: vt blasphemis Sacra-
 mentarij mentiuntur: an verò in nostris
 m 5 pecto-*

pectoribus, & cordibus? Et utrū non solū
in anima nostra, sed in toto etiam homi-
ne, ut in suo templo uiuat, eo modo, quem
nos credimus? Eius enim est nosce: nostrū
est, noscenti vias infinitas, credere.

Proprij.

An proprium solius diuinæ sit natu-
ra, esse ubiq, non diffusionē, vel extensio-
ne: sed ut tota sit ubiq, locorum: ita ut nō
multiplicetur? Vtrum proprium sit Dei,
esse ubiq, ἀπὸ πανταχοῦ: ut omnia imple-
at sua essentia, præsentiā, & potentia, nō
ut sunt stramē, rapa, auena, vinū, & reli-
qua huiusce generis, in sacco, aut dolio?

Accidentis.

Vtrum Christi naturæ humanæ acci-
dat: eaq, à Verbo, ἵππτερ ἐνωσιν ἁποστα-
τικῶν, habeat: ut ubi ὁ λόγος est: ibidē
etiam sit filius hominis, quem in vnā
nullis locis distrahendam personam as-
sumpsit? Et, an accidat Christo, ut se ma-
nifestet alicubi ἀπὸ πανταχοῦ σώματι? Et
an accidat: ut Christus suo corpore, et san-
guine

guine, sit in cæna, præsens symbolis, & ori, labijs, lingua, & corpori sumentis? An Christus, cum cõciperetur, & nasceretur, fuerit etiam ubiq, sed alia ratione, ubi erat ὁ Λόγος, nec ne? Et an alibi quoq, totus Christus fuerit: verbi gratia, in suis discipulis, qui eũ sumpserant: itẽ in Iuda suspẽso: ante, & postquã pepẽdit in cruce: et dũ corpus ei⁹ fuit in sepulchro, eiusq, anima in paradyso, et inferno, nec ne? Seu, fuerit ne Verbum extra suã carnem, in vtero matris, in cruce, & in sepulchro? Et num animam, & corpus ubiq, secum habuerit: vt alibi quoq, natus, crucifixusq, &c. natus esse videatur? Sed de his quoq, Theologi nostri piẽ respondent. Certẽ hanc δὲ ὡσαύτως, vt esset ubiq, habuit Filius hominis ab incarnatione Verbi: et si verẽ, & euidenter suam natiuitatem, crucem, & mortem voluit ostendere humano generi.

2. V S V S συλλογιστικός.

Ex hoc etiam loco plurima depromuntur

tur argumenta. Vt, Deus ubiq^{ue} est: ergo
 & in terris, & in cœtu suorum. Item,
 Deus ubicunq^{ue} est: ibi totus est. ergo in o-
 mni re totus est. Ubicunq^{ue} Deus Pater
 est, ibi Filius, & Spiritus sanctus est, co-
 taq^{ue} diuinitas: quæ est ἀπείρονος. Atqui
 Deus Pater ubiq^{ue} est. Ergo & Filius, &
 Spiritus sanctus est ubiq^{ue}. Item, ubi-
 cunq^{ue} Deus est: ibi non tantum est virtu-
 te, efficacia, & operatione: sed etiam es-
 sentia, præsentia, & potentia. Ergo Deus
 Pater, Filius, & Spiritus sanctus ubi-
 cunq^{ue} est: ibi est ὁσία, ἀγαθότης, & ἐξ-
 ὁσία: nõ solum ἐνεργεία, seu efficacia. Est
 autem in sanctis, quò ad sanctificationem:
 in impijs, quò ad iudicium: in omnibus
 creaturis, quò ad communem sustenta-
 tionem, & gubernationem. Ergo in san-
 ctis, in impijs, & cæteris ab ipso conditis
 rebus, est Deus, non solum virtute, effica-
 tia, & operatione: verum etiam essentia,
 præsentia, & potentia. Iuxta illud: ὄντως,
 ἀγαθόνως, Deus hic, & ubiq^{ue} potenter.
 Hinc

Hinc Menander. Πάντη γδ, inquit, ἐστὶ, πάντα βλέπει ὁ Θεός. Sed diuersa operatione est in sanctis, nimirum ἁγιασμῶ, sanctificatione: in impijs, κρίσι, iudicio. Utrosq; conseruat, tuetur, atq; defendit: sed alia, atq; alia ratione.

Item,

Vbicunq; ὁ Λόγος est: ibi semel assumptum hominis filium, nusquam deponendum secum habet, atq; sustentat. Verbum enim, non eius particula, caro est factum. Et extra carnem suam, teste Athanasio, non est Verbum. Iuxta illud: In ipso habitat plenitudo deitatis σωματικῶς, corporaliter. Ergo Christus etiam secundum humanam suam naturam, est in suis sanctis, & in cœna panis, & vini. Sicut scriptum est: Hoc est corpus meum, Hoc est sanguis meus.

Item,

Vbicunq; est sancta Trinitas: ibi ex ea non est excludendus Christus, altera persona ἁγίας τριάδος. Multò minus

ab ea persona, loco est secludendus homo ex substantia Mariæ assumptus in unitatem personæ ἀδιάλυτον, & ἀχώριστον. Atqui Sancta Trinitas est ubiq;. Ergo Christus Deus, & homo est ubiq;.

Et,

Vbicunq; Deus est: ibi cœlum etiam est. Nunquam enim Deus cœlum deserit: sed semper est in cœlis. Iuxta illud: Pater noster, qui es in cœlis. At Deus etiam est in terris: item in inferno. Ergo Deus nō deserit cœlum, etiamsi in terris, & inferno sit. Cum ubiq; secum cœlum quasi circumferat. Ergo etiā cœlum in terris est: ubi Deus est: & nostrum πῶλον Διὸς est in cœlis. Nam & impij, atq; Diaboli ubiq; sunt: ibi secum circumferunt infernum: licet non plenè torqueantur, expectantes iudicem Christum. Nec tamen miscemus cœlum, quod aiunt, terræ, sine numine Dei. Ut v̄t̄i apud Virgilium ab Aeolo emissi. Neque enim cœlum, aut infernum est spacium quoddam locale: ut neq;

neq; Deus, in quo sumus, viuimus, & mouemur, locale est spacium.

Item,

Christi corpus, & sanguis, est in cœna, seu manducatione panis, & potu vini, vt in loco, sed tamen non localiter, vt ante diximus. Ergo Christi corpus, & sanguis, sunt in ore cœnantium, & in ipsis cœnantibus, tanquam in loco, seu alicubi: vbi is se fore promisit: quanquã non localiter. Ex quo consequitur: eum nõ solum esse in cœlis, & supra cœlos creatos, vel in quodam cœlo Empyreo.

Item,

Christus cœnam suam celebravit in cœnaculo Patrisfamiliãs amplo, strato, parato: solenni immolatione facta Paschatis. Ergo non est credibile: ligneos crateras appositos fuisse: aut placentam crassam: quam *Motschen Artoclaste*, & *artophagi* nominant. Hoc argumentum probabile est, in re indifferenti: de qua litigiosi rixantur *Zuingliani*.

Caput

Caput LVIII.

QUANDO, ΠΟΤΕ.

Hic locus non est tam copiosus, & vber: ut illi superiores: ac temporis, quo quid actum, aut dictum fuit, aut erit: aut quo quid geritur, aut dicitur, comprehensionem, atq; notationem habet. Referuntur autem huc illa ex cena Domini historia.

- Ἡμέρα. Post biduum, Pascha fit: $\mu\epsilon\tau\epsilon\delta\upsilon\omicron$ δύο ἡμέρας
τὸ πάσχα γίνεται.
- Καιρός. Dicite cuidam in ciuitate: Magister dicit: Tempus meum propè est: apud te facio Pascha, cum discipulis suis. ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστιν, &c. Erat autem Pascha, et Azymorum dies post biduū.
- Ἑορτὴ τῶν ἀζύμων. Instabat autem dies festus Azymorum, (Ἑορτὴ) qui dicitur Pascha: in quo necesse erat immolari Pascha. Luc. 22.
- Πάσχα. Primo die Azymorum: quum Pascha immolarèt, dicunt illi discipuli sui, &c. Mar. 14.

Semper enim pauperes habetis vobiscū: Πάντοτε.
 & quodcumq; volueritis, potestis illis
 benefacere: me verò non semper habe-
 tis. Ibid.

Tunc congregati sunt principes sacerdo- Τότε.
 rum, & seniores populi. τότε συνήχθη-
 σαν.

Tunc abiit vnus de duodecim: qui dice-
 batur Iudas Iscariotes. τότε προδθεὶς,
 &c. Et querebat, quomodo opportunè,
 ευκαίρως, illum traderet.

Iudas ab eo tempore, quo accepit triginta Ευκαίρια
 δρυμνα, querebat Ευκαίριαν, opportu-
 nitatem.

Non in die festo (eum capiemus, & occi-
 demus) μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ: ne tumultus
 fiat in populo.

Cum iam esset tempestiuum: ὅτε ἐγένετο ἡ ΟΥΤΕ.
 ὥρα. Luc. 22.

Vespere facto, ὁψίας γενομένης, venit cū Οψία.
 duodecim, & cum ijs accubuit.

Dico enim vobis: quòd posthac non edam
 vltra ex eo Paschate, donec compleatur
 n in re-

in regno Dei, id est, nunquam posthac.
 Hebraico more. Vt ostendat vltimum
 esse Pascha: quo reliqua sustulit. Lu-
 ca 22.

Non bibam posthac ex hoc fructu vitis.
 ἀπὸ ἀπτι, vsq; in diem illum: cum bibā
 vobiscum nouum: ἕως ἡμέρας ἐκεί-
 νης: ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινόν.
 Vel, vt Lucas habet. Dico vobis: quòd
 non bibam de fructu vitis: donec regnū
 Dei veniat.

Quando cena Dominica sit
 instituta.

Ea nocte, qua traditus est. 1. Cor. 11.

Vescentibus eis. Matth. 26. Mar. 14.

Similiter accepit poculum, peracta cena,

καὶ τὸ δεῖπνον. Luc. 22. Paul. 1. Co. 11.

Huc referri aliquo modo possunt
 illa Pauli.

Quotiescunq; enim comederitis panem

hunc: & ex poculo hoc biberitis: mortem

Domini annunciate: donec venerit.

Vsus

Vſus huius loci.

Categoriæ Quando, exgiuus vſus eſt, in quæſtione de cœna Dominica: eſt tamẽ nonnullus. Nam & quæſtiones, & argumenta nobis aliquot ſuppeditat. Vt enim ſupra quæritur: vbi ſit cœna Domini ad miniſtranda: in cœnaculo ne Patris familiã: an in loco publico: in quo conuenit Eccleſia: ſic in hoc prædicamẽto inueſtigatur: quãdo ſit celebranda: Vere nẽ tantum, ſeu tempore Paſchatis, an alijs etiã añi partibus: vt æſtate, autumno, & hyeme? Item, num communicandum ſit die cœnæ Domini: an verò die Dominico: vel etiam alia inſequenti aliqua feria, vel prima, vel ſecunda, vel tertia, vel quarta, vel quinta? Item, vtrum mane, ante meridiem ieiunos deceat, vt placuit Spiritui ſancto, teſte D. Auguſtino: an uespero, ſub noctem, præpoſita cœna uulgaris? quemadmodum Corinthij fecerunt: qui ἰδιον δειπνον occupabant. Itaq; erant ex his alij ebrij: alij, qui non habebant,

*Quæſtio
accidentis
in V B L.*

In Quando

quod comederent, esuriebant. Item, Paulus inquit, quotiescunq³ ederitis panem hunc, & ex poculo hoc biberitis. Ergo nō tantum vere, tempore Paschatis, sed etiā alijs quibuscunq³ temporibus communicare possumus. Sic argumentamur ex superiore loco. Christus cœnam primam in domo patris familiâs celebrauit. Ergo in casu quodâ necessitatis, licet etiâ, in priuata domo, eam porrigere ægrotis: quæ tamen non clinica, sed Ecclesiastica est. Refertur huc & illud problema: quando panis, & vinum sint corpus, & sanguis Christi? tū ne, cum facta ἀναγνώσις, institutionis, eiusq³ verbo accedēte ad elementum? An cum distribuitur, & sumitur? hoc est, in κοινωνίᾳ, communicatione, & participatione. Nam hæc concurrere oportet: ἁγιασµὸν, sanctificationem: quæ fit verbis Christi institutionis: & κοινωνίαν, ἢ δόσιν, καὶ λήψιν. Non enim verbum efficit sacramentum, sine usu, vel actione. At quando non sumitur, sed
re-

reponitur, aut circumfertur panis, & vinum nequaquam est corpus, & sanguis Christi. Atq; hæc quæstiones omnes sunt accidentis. Cæterarum pauca ex hoc attributo sumuntur exempla. Vt illud generis, & definitionis: sit ne cæna nocturna, pomeridianaue manducatio, & sumptio panis, & vini, quæ sunt corpus, & sanguis Christi? Et, num cænare, seu cœnam, vt Paulus loquitur, Dominicam edere: ea nocte, qua traditus est Dominus, hoc est die quem Iouis appellamus, stolidi Papistæ vocant den grienen donnerstag accipere, & edere panem, quem Christus pronunciat ESSE suum corpus: accipere item poculum, & ex eo bibere vinum, quod est & sanguis Christi? Ergo propositum & idiom illud esset: num proprium cœnæ Dominica sit, nocte, vel sub vesperam, tempore aliarum cœnarum communium, sumere panem, & vinum, quæ sunt corpus, & sanguis Christi? an verò eius sit accidens?

VSUS συλλογιστικός.

Argumenta pauca dat hic locus: sic tamen hinc ratiocinamur.

Paulus reprehendit Corinthios, quòd communem cœnam occuparent, ante cœnæ Dominicæ sumptionem: quæ κακοζήλια erat ἰουδαϊκή. Ergo cœnæ communicabant in suis Ecclesijs sub noctem. Unde concluditur, non esse deinceps in Ecclesia sumendâ cœnam vesperi. Nam Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus: ideoq̄ vetus illud sublatum: cui substituit Dominus continenter suâ cœnam: de cuius natura, & definitione, non est temporis species: sed ἀίωναίς, ut Apostolus ibi loquitur, est Ecclesie in his indifferentibus rebus libera.

Item,

Christus instituit suam cœnam Ecclesie vsq̄ ad suum reditum seruandam, ea nocte, qua traditus est: & qua eius anima tristis fuit ad mortem crucis: qua nocte, sublato veteri testamento, nouum in suo
Jan-

sanguine hausto, & fuso, condidit, atque consecrauit. Ergo usus est verbis propriis, usitatis, & perspicuis: non translatis, falsis, & ambiguus.

Caput LIX.

POSITVM ESSE,

ΤΟ ΚΕΪΣΘΑΙ.

Sequitur nonum Attributum, quod eorum est receptaculum: quibus situm quempiam corporum, aut locorum exprimimus. Aristoteles inscripsit illud verbo infiniti modi, τὸ κεῖσθαι, positum esse. Ac multa sunt eius à Dialecticis tradita genera. Inter quæ præcipua sunt, & in hac quæstione diligenter cõsideranda: ἰσῆσαι, καθέζεσθαι, ἔανῆσαι: stare, sedere, iacere, vel recumbere. Exempla postremi generis quædam reperiuntur in principio historiæ celebrati Paschatis, institutæq; cænæ Domini. Vt,

Genera το
κεῖσθαι.

κατὰ κλῆδῶν αὐτῶν, accumbente eo, venit
mulier. Mar. 14.

Exempla
το ἀνάκεισθαι.

552. ΤΟ ΚΕΙΣΘΑΙ,

Κατέχευεν Ἰπὶ πλὴ κεφαλῇ αὐτῆς ἀνακνήμενον: effudit (mulier unguenti pretiosi alabastrum) super caput ipsius, Domini, recumbentis. Matth. 26.

Item,

Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, Ἐοὶ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ. Cumq; esset tempestivum, accubuit: & duodecim Apostoli cum eo. Luc. 22.

Et,

Καὶ ἀνακνήμενων αὐτῶν, Ἐδοθιόντων: & cum accumberent, ac ederent. Mar. 14.

Τοῦ ἰσάναι,

Τῶ ἰσάναι, nulla sunt hic exempla: sed in historia passionis Christi reperiuntur nonnulla. Post resurrectionem, & ascensionem, Christus venit ad discipulos, & stetit, ἔση, in medio: Stephano apparet stans: & Paulo astitit non semel. Non quòd semper hac forma, & hoc, corporis, in gloria, positu, Christus regnans ad dexteram Dei, utatur: sed quòd illa οὐ κατὰ βάσιν, seu dispensatione, consolator, & opitulatur tum uti voluerit. Quàm sit

fit autem ridiculum: de Christo affirmare: quòd in cælo quodam locali, ἡ ἐξ ἑαύτων, modò stet, modò sedeat, modò surgat, & inambulet, aut currat, iterumq; reũcbat: pueros etiam catechumenos arbitror intelligere. Sunt enim istæ planè pueriles, seu aniles potius, & delirorum hominum de Christo cogitationes, & indignæ regno cælesti, atq; diuino, phantasia. Iam, sedendi verbo ludunt Sacramentarij: magnumq; fuit inde vsq; ab initio controuersia de cæna Domini, certamen δὲ τὸν χειρὸν καθέζεσθαι ἐκ δεξιῶν τῆ πατρὸς: quid sit sedere Christum à Dextera Patris sui omnipotentis. Diximus autem supra de ipsa dextera Dei Patris, ad quam exaltatus est Christus: quòd non sit, vt Zuingliani somniant, vel certus locus in cælo quodã supremo: in quo Christus sedeat, aut commoretur, vsq; ad tempus iudicij: vel locus beatitudinis, felicitatis, ac quietis Christi, & beatorum hominum: sed quòd sit ipsa Dei maiestas, &

Sacramentariorum errores crassissimi.

τὸ καθέζεσθαι.

Dextera Dei definitio falsa.

Vera, seu ἀνθροισμὸς

omnipotentia: qua omnia replet, & conseruat. Ad quam collocatus est Christus, non iuxta diuinam naturam: qua ab æterno fuit, est, & erit ad dextram Patris celestis, imò est ipsa dextra Dei: qua Christus homo exaltatus est, Act. 2. Ergo iuxta humanam naturam, ad hanc est euectus: vt pari maiestate, & potentia cum Deo regnet, omniaq; gubernet totus Christus Deus, & homo, Deus ab æterno, homo ab incarnato verbo: quam post exinanitionem, plenè, & omnibus modis exer-

Sedere ad dexteram. cet gubernationem, atq; gloriam. Sedere igitur à dextris, non est vt pictores, quibus, vt pœta inquit, quidlibet audendi semper fuit æqua potestas, depingūt Christum, humano more assidere manui Dei Patris: quod esset Anthropomorphiticū. *Anthropomorphitæ.* Deus enim Pater non est homo: cui manus sit dextera, atq; sinistra. Deinde Christus non assidet sic Patri suo locorum discriminatione, aut quodam spacio: vt corpore partim sit erecto, partim incuruo: vt

quod tamē sæpe, tēpore humilitatis, & ex
 inanitionis fecit Dominus. Sedere enim
 est Regnare cum Deo diuina, & aequali
 potentia, atq; maiestate. Psal. 100. Ac
 Paulus hoc verbum interpretatur: & ni-
 hil aliud esse vult: quàm habere poten-
 tiam super omnes creaturas. Ephes. 1.
 Itaq; Cyrillus lib. 12. thesauri, cap. 14.
 sic scribit: Nihil aliud intelligitur, quan-
 do de Deo Sedere, Sedes, aut solium dici-
 tur: nisi principatus, & REGIA pote-
 stas: quam naturaliter habet super om-
 nes creaturas. Magna enim amentia est:
 sessionem, & sedem, aut omnino sicum
 aliquem Deo attribuere. Sed quæ corpo-
 raliter de ipso, nostro more, scribuntur:
 conuenienter intelligenda sunt. Quare
 cum Filius ad dexteram virtutis Dei se-
 dere scribitur: nihil aliud significatur: ni-
 si, non esse Filio minorem, quàm Patri,
 cultum, & honorem attribuendum. Et
 id sumptum est à consuetudine nostra. In
 dextris enim nostris collocamus, quos nō
 mino-

Vera τὸ κατὰ
 οὐρανὸν ἐκ δε-
 ξτῆρ τῆ Θεοῦ,
 definitio,

Quæ de
 Deo ἀνεγγο-
 νονέδωσ̄ scri-
 buntur.

Qualis sit illa sessio. minoris dignitatis putamus. *Hactenus*
Cyrillus. Sedet igitur Christus iuxta hu-
 manā suam naturam, ad dexteram Dei,
 non *ἠεὶ γὰρ πῶς*, aut *τοπικῶς*, seu phy-
 sicè: sed gloriose, pari maiestate, potentia,
 & gubernatione. Itaq; ascensurus ait
 Christus: *Mihi data est omnis potestas in*
cælo, & in terra. Itē, Ego sum vobiscum,
vsq; ad consummationem seculi. *Quam-*
obrem κατέζεσθαι ἐν δεξιῶν τῆς Θεοῦ, non
Christus ho- est in certo loco cæli sedere, aut stare: sed
mo etiā est æquali cum Deo potentia, gloria, & ma-
omnipotēs. iestate regnare: adesse in arcano consilio
 æterni patris: & esse cum eo efficacem: es-
 se regem colligentem Ecclesiā, eam defen-
 dentē, & seruātem, non solum diuina, sed
 etiam humana natura: quæ collocata est
 ad dexteram Dei: eamq; ob causam esse
 omnipotentem: cum ei, secundum huma-
 nam naturam data sit potestas in cælo, et
 in terra. Sed de Sessione Christi ad dexte-
 ram Dei quidem hactenus. Nam copiose
 disseruerunt nuper cum alij, tum *Vuir-*
tember-

rembergici Theologi, de hac questione.
 Nulla igitur physica locatio imaginanda est in sessione Christi ad dexteram sui Patris: nulla etiam talis positio corporis & sanguinis Domini in pane, & vino. Itaq; calumnie, & criminationes Sacramentariorum contemnenda sunt: qui vociferantur: nos statuere localem inclusionem, affixionem, impanationem, aut delitescentiam Christi in pane Eucharistico. Iacuit Christus in praesepi, & in sepulchro positus fuit, idem pependit in cruce $\Phi\upsilon\sigma\iota\kappa\omega\varsigma, \kappa\alpha\iota\ \pi\alpha\tau\eta\gamma\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$. In hoc mysterio alia est, & $\iota\omega\sigma\epsilon\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\eta, \epsilon\ \alpha\ \pi\alpha\tau\eta\gamma\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$ A praesentiae ratio. Nec Sancti Patres sic senserunt: etiamsi verbis utantur $\xi\ \kappa\epsilon\iota\theta\varsigma$. Vt Chrysostomus: Veremini, inquit, mensam hanc: cuius omnes sumus participes: qua desuper victima illa $\kappa\epsilon\iota\theta\eta$, IACET, Christus scilicet. Theophylactus sic scribit: Christi autem corpus proprie: quod IN disco aureo: & sanguis, qui in poculo. Et Canon Nicenus:
 sed

Calumnie
 Sacramen-
 tariorum.

sed exaltata mente, fide consideremus, καὶ ὅτι, positum esse in sancta illa mensa Agnum Dei, tollentem peccata mundi. Alludunt enim ad sacrificia: itaq; translatis utitur verbis, à victimis, ut agnis, & similibus hostijs.

Usus huius Categorix.

1. Προβληματικός.

Proposita Generis, & Definitionis.

Verùm stare Christum in cælo Empyreo, sit ita eius humanum corpus positum esse: ut totũ erectum sit sursum, nec ne? Et, an sedere Christum ad dexteram Patris sui omnipotentis, sit, eius corpus sic esse positum, & collocatum propè Patrem, in loco digniore: ut partim sit erectum, partim incuruum? An verò sedere μετὰ Φορμῶς, & ἀνθρώπου ἄθως dicatur, & sit nihil aliud: quàm pari cum Deo maiestate, & omnipotentia regnare, super omnes res conditas, in cælo, & in terra?

na? An iacere Christum super mensa, eiusq; corpus in disco, sit in totum esse corpore prostrato? an verò sit corpus, & sanguinè in mensa Domini, seu cæna adesse præsentia modò cælesti, atq; diuino: quo Christus ratione glorificationis, & vnionis personalis, præsens sæpe fuit, est, & adesse potest à $\omega\epsilon\iota\gamma\epsilon\acute{\alpha}\nu\tau\omega\varsigma$.

Proprij.

An Christi auxiliantis proprium sit $\iota\varsigma\acute{\alpha}\nu\alpha\iota$, ἢ $\pi\alpha\rho\epsilon\iota\varsigma\acute{\alpha}\nu\alpha\iota$, seu $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\iota\varsigma\acute{\alpha}\nu\alpha\iota$, stare, astare, & assistere periclitantibus? Vtrū sedere propriam notam habeat, vt corpus partim rectum sit, partim incuruum? Et an accumbere sit proni corporis propria positio?

Accidentis.

An Christus discubuerit, vt Romani accumbere solebant, nec ne? Item, Sederit ne Dominus, ad dexteram Patris, cum stans apparuit Stephano, & cum Paulo in castris astitit, nec ne? An in cæna Domini sit accumbendum ministris,

stris, & alijs duodecim, & inter hos Iudam, nec ne? Et, num standum sit cōmunicantibus, an sint etiam genua flectenda? Vtrum sedendum sit in mensa Domini, vt fecerunt Anabaptistæ Monasterienses, & vt multi adhuc faciūt Zuigliani, in suis concœnationibus, nec ne?

2. Τοπίκος vsus.

Auget præterea hic locus materiam prædicamenti τῆς πέρας. Hinc enim suum illa ortum habet: εὐχρισ, κάθεδρα, & ἀνάκλισις, status, sessio, & accubatio. Quanquam autem sessio inest humanitati Christi: non tamen de ea dicitur. At sedere, non tantum inest homini Christo: verum etiam de eo prædicatur. Constat igitur hæc duo non esse eiusdem ordinis vocabula. Nam ἡ κάθεδρα, est ἐξijs, quæ aliò referuntur: τὸ κατέκειται autem est ἀόριστον, seu absolutum verbum, & huius attributi. Sessio enim, vt acutissimus philosophus D. Iacobus Schegkius scribit: significat ἀπέθεσιν partis respe-

Et το-

Etu totius: ut in Christo, humanitaris, re-
 spectu totius Christi, & in homine partis
 cuiusdam corporis $\Delta\epsilon\iota\theta\epsilon\sigma\tau\upsilon$, vel partiu, & duabus
 respectu totius corporis. At sedere, quod
 est absolutum, & in pradicamento totu
 $\kappa\epsilon\iota\theta\delta\epsilon\upsilon$, non tantum toti inest homini,
 seu toti Christo, spiritali modo: sed prae-
 dicatur etiam de eodem. Nam alioqui
 apud Dialecticos etiam quaedam prae-
 dicantur, & non insunt: quaedam insunt, &
 non pradicantur. quorum similitudine,
 quod in praesentia dicimus, uolo intelligi.
 praesertim quum in alio sit pradicamen-
 to $\Delta\epsilon\iota\theta\epsilon\sigma\tau\upsilon$, & in alio $\kappa\epsilon\iota\theta\delta\epsilon\upsilon$. Ut Sessio
 scilicet in alia, & Sedere in alio, quae per-
 tinent ad Dialecticam. Sessio itaque Re-
 latione intelligitur: qua natura humana
 est instrumentum gubernationis, & regni:
 cui praesest Filius Dei, & dextera omni-
 potentis. At Sedere, id est, regere, absolu-
 te praedicatur de Christo: qui est Filius
 Dei, cum natura assumpta, & unita sibi
 personaliter omnia gubernans. Haec ille.

Vide scri-
 ptum de vs
 na persona,
 & duabus
 naturis
 Christi.

3. Ὑψὺς συλλογιστικός.

Hinc peti nonnulla possunt argumēta. ut, Christus sedet ad dexteram Dei, secundū humanam quoq; naturam. Christus igitur secundum quoq; humanam naturam assumptam, æquali est cum Deo potentia, & maiestate: qua omnia præsens gubernat, & administrat.

Item,

Christus apparuit Stephano, & Paulo stans, & assistens. Ergo manifestavit se ipsis, ut consolator, & auxiliator.

Item,

Nihil mandat Christus in cœnæ institutione, de sessione, statu, aut accubatione. Ergo in cœnæ administratione, & sumptione libertas conceditur Christianis, ut vel sedeant, vel discumbant, vel stent. Sed hoc postremum maioris reuerentiæ est: & propterea vsitatum fuit hætenus in Ecclesijs. Veruntamen, ut locus, & templum, sic etiam positus, & gestus nihil ad ὁυσίαν Sacramenti adferat

fert adiumenti: licet ad τὸ πρέπον, decorum, spectare videantur. Et Paulus in Ecclesia vult omnia ὁμοιότως, καὶ ὁμοίως fieri.

Caput LX.
HABERE,
TO EXEIN.

Sequitur tandem τὸ ἔχθν, Habere: quod postremum attributum est: ἡ ἀπαρέμφορον quoq; ut superius, Ἰππεῖα φῶν habet. Huius enī receptaculi sunt: vestitum, ornatum, armatum, instructū, τετὼν ἔσσε. At vestitus, ἔ vestis: ornatus, ἔ ornamenta: arma, ἔ armatura: instrumentum, ἔ instructus: deniq; integumentum, partim ad aliò relata, partim ad ἑσῖας pertinent. Ergo ἔ huius loci partitiones percurramus. Earum prima, ut est apud Ammonium, fit κατὰ τὸ ἀεχθον, καὶ ἀεχθόμωρον. Vel enim res aliqua tota circūit, ἔ continet alteram rem

totam, vel tota res partem aliquam circumplicat: vel res tota continetur, & circumplicatur à parte. Atq; hæc omnia aut sunt περιγραφή, circumscripta loco: aut sunt ἀπεριγραφή, non circumscripta quodam ambitu corporis alterius: similitudinem autem tantum, & speciem habent superiorum. Primi generis illorum sunt: togatum esse, & pileum gestare. Toga enim totum corpus, pileus totum caput includit. Huc refer poculum, quod vinum habet, seu cōtinet. Alterius sunt, torquatum, aut coronatum esse. Hæc enim non totum corpus, sed partem eius duntaxat circumplicant. Tertij sunt, manu tenere aliquid. Ad quod genus referuntur, in hac causa: panem cœnæ manu tenere, & porrigere manducanti: eundem manu, & ore capere: poculum cœnæ vulgaris Domini accipere.

Huc pertinent illa:

Cum autem Iesus esset in Bethania:
in domo Simonis leprosi: accessit mulier,

i. pixidem
vitrea absque
ansa.

HABENS alabastrum unguenti preciosi, seu nardi pistice, & effudit super CAPVT ipsius recumbentis. Videntes igitur discipuli, indignati sunt: dicentes, Ad quid perditio hæc? Potuit enim istud unguentum venundari magno, seu vendi pluris, quàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. Eo cognito, Iesus ait illis: quid molesti estis mulieri? Bonum opus operata est erga me. Nam semper pauperes HABETIS vobiscum: & quando cunq; volueritis, potestis illis benefacere: Me autem non semper HABETIS (scilicet vt pauperem, & indigentem vestris, & aliorum ope, & beneficijs: sicut in hoc statu humilitatis, filius hominis nõ HABET, vbi reclinet suũ caput) Quod enim hæc unguentum hoc misit super CORPVS meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbi cunq; prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo: hoc quoq; quod fecit, narrabitur, in memoriam eius.

Ἄλλοτε
τρόπος τοῦ
ἔχειν.

Ἄλλοτε ἴσθα
τὸν τρόπον.

Item,

Accepto poculo, δεξάμικτος πωλίερον,
 gratias egit, ac dixit: Accipite, & diui-
 dite inter vos, Ἀεμπερίουσε εἰς ἑαυτοῖς. Id
 fecit Christus in vulgari cœna, & esu a-
 gni. Quæ verò sequuntur, in cœna insti-
 tutione. Et,

Vescantibus eis, accepit Iesus panem.

Et ait, Accipite, edite:

Similiter & poculum accepit.

Et biberunt ex eo omnes.

In his exemplis ἐστὶν προχοὴν ἑπιπέ-
 ρη, ἢ περιεργασίας, ἢ φυσικῆ. Sed cum dici-
 mus, in pane, & poculo, seu potu contine-
 ri corpus Christi, & sanguinem totum
 Christi: etsi à parte totum videatur con-
 tineri: tamen non continetur localiter.
 De quo hæc dictauimus auditoribus no-
 stris. In cœna Domini panis, & vinum
 sunt symbola, non significantia, aut figu-
 ratia res absentes: sed corpus, & sanguinẽ
 Christi præsentantia, & exhibentia. Et-
 si igitur illa, vel signa, vel elementa, seu
 orga-

organa potius, atq; instrumenta dispensationis, atq; exhibitionis τοπιχῶς videantur continere corpus, & sanguinem Christi: ut in pane, & vino illa esse videantur circumscriptiuo modo: tamen nō propterea continent illa, naturali hac ratione: quantumuis signis res signatæ artissimè vnitæ sint, atq; copulatæ, in cœna Dominica, hoc est, manducatione, & potu. Sumitur enim panis, qui est corpus Christi, & vinum, quod est sanguis Christi. Itaq; duo hic rerum genera sunt coniuncta, ἐν ὧσιν μὴ τικῆ, non πρὸς ἄλλῃ τοπιχῆ. Repositus autem, & asseruatus panis in ædicula Idolatrica: & circumgestatus in pompa, atq; processionibus, non

HABET, aut continet corpus, & sanguinem Christi. Sæpe enim diximus nullam hic esse circumscriptionem, affixionem, conglutinationem, inclusionem, vel impanationē artocreatisticam corporis, & sanguinis Christi, in panis, et vini sumptione. Itaq; Patrum illæ particula IN,

Veterum
 particulae,
 IN, &
 SVB.

aut SVB pane, & vino, aut Sacramento,
 non vsurpantur à nobis localiter. Neq;
 ipsi eas aliter, quàm nos intellexerunt.
 Quæ causa est: ut particula vtraq; sint v-
 si. Nam præpositionem IN per SVB in-
 terpretari sunt, & cõtrà: ut omnes intel-
 ligerent: non statui ab ipsis localem IN-
 CLVSIONEM. Sed duarum rerum
 præsentiam his indicare voluisse: terre-
 narum, quæ non transsubstantiantur, aut
 mutantur: & cœlestium, corporis nimi-
 rum, & sanguinis Christi, præsentium in
 vsu instituto, seu in cœnando. Itaq; con-
 fessi sunt nobiscum, se modum ignorare
 præsentia: præsentiam tamen realem, &
 substantialem rerum signatarum se cre-
 dere. Quamobrem Theologi Augustanæ
 Confessionis, vti maluerunt particula
 CVM: quæ præsentia vtriusq; rerum ge-
 neris exprimit: inclusionem autem, & cir-
 cumscriptionem omnem, quemadmodum
 & consubstantiationem reijcit, atq; ex-
 cludit. Ille enim habent ambiguitatem:
 hæc

hæc nullam. Sic intelligenda est hæc phra-
 sis Patrum: corpus Christi IN DISCO
 aureo. Eiusdem loci est ὑποσείλην ἕνω-
 σις, personalis unio duarum naturarum
 in Christo. Nam ὁ Λόγος, Verbum sem-
 per HABUIT, habet, habebitq; in æternū,
 ab ἐνοσσεκώσῃ, ἢ ἐνανθρωπήσῃ, secū car-
 nē, seu naturā humanā semel à se assum-
 ptam in utero virginis, de ipsius substan-
 tia. Sicut scriptum est: Verbum est caro
 factum. Non quòd ὁ Λόγος, seu divini-
 tas Christi conuersa, atq; mutata sit in na-
 turam humanam: aut quòd ambæ natu-
 ræ permixtæ inter se sint, atq; confusæ
 (sunt enim in æternum distinctæ suis pro-
 prietatibus) sed quòd admiranda ista γε-
 νέσῃ, altera, in Sancta, adoranda, & im-
 partibili Trinitate, persona, totum ho-
 minem, id est, animam, & corpus huma-
 num, in vnam, & eandem, eamq; indiu-
 sibilem ὑπόστασιν, assumpserit. Etenim
 totum Verbum (non eius aliqua parti-
 cula) caro factum est, assumptione, non

Quomodo
 Verbum ha-
 beat carnē
 assumptā.

conuersione. Nam in ipso, inquit Paulus, videlicet Christo homine, habitat plenitudo Diuinitatis: non vt in alijs sanctis, in quibus etiam habitat plenitudo Diuinitatis, sanctificatione nimirum, & gubernatione, sed inquit, $\sigma\omega\mu\alpha\lambda\eta\kappa\omega\varsigma$, corporaliter, substantialiter, vt ita dicā, seu $\psi\omega\sigma\mu\alpha\lambda\eta\kappa\omega\varsigma$: vt caro cū Verbo sit vna, sempiternaq; persona. Christus enim Deus, & homo constituūt vnum quoddā vere, & per se subsistens, $\epsilon\nu\ \tau\iota\ \omicron\nu\tau\omega\varsigma$, καὶ αὐτὸ, καὶ ἀεὶ ὑφίσταμενον. Ita vt $\psi\omega\sigma\mu\alpha\lambda\eta\kappa\omega\varsigma$ illa sit ἀμείψως, ἀδιάρρητος, ἀδιάλυτος, ἔαχωρητος, indiuisa, inseparabilis, non dissolubilis, non partibilis, nullisq; locorum spacijs, atq; interuallis distracta, atq; dirempta. Etenim extra carnem suam, vt piē loquitur S. Athanasius, non est Verbum. Ex quo conficitur necessario: vt vbiq; est ὁ λόγος, est autem vbiq; ibidem quoq; sit assumpta in vnitatem personae humanitatis, ἢ ἀνθρώπου: videlicet vbiq; nunquā, &

nusquam à diuinitate, seu λόγῳ, sepa-
 randa. Nusquam enim mihi Christum
 μεσίτην dare potes: qui non sit Deus, &
 homo, in vna ἑνωσίσει ἀδιαρέτω, vbi-
 cunq; mediator, & intercessor, sequesterq;
 noster sit. Nam si mihi dabis Christum
 Deum alicubi, vbi non est Christus ho-
 mo: profectò Christum, quantum in te est,
 diuides: duosq; Christos, ac duas personas
 constitues. Sicut Nestorius duas perso-
 nas, ex vno Christo faciebat. Itaq; tū nō
 erit Trinitas, sed quaternitas: quæ hære-
 sis est modis omnibus execranda. Iam
 verò discernere oportet naturalia à cœle-
 stibus. In rebus enim naturalibus, qua-
 rum exempla quedam proposita sunt,
 continens, & contentum locali circum-
 scriptione, aut inclusione continentur. In
 cœlestibus autem rebus, etsi altera, ab al-
 tera, vt in hac stupenda vnione, videtur
 contineri: tamen non continetur physico
 modo, seu τοπικῶς, ἢ περιεργάτως: tamen
 si vtraq; vel in loco sit, vel in loco esse vi-
 dea-

deatur. Itaq; cum dicimus, Verbum as-
 sumpsisse Carnem: non intelligendum est:
 Diuinitatem, quæ nequaquam est spaciū
 locale, aut superficies, seu extremitas cor-
 poris continentis, ambitu quodam circū-
 plicare, atq; complecti humanam natu-
 ram: vt ea sit in medio, tanquam centro:
 quia finita est, cum ἡ θεότης sit infinita.
 Non enim diuinitas est sic circumfusa: vt
 sit localis quædam illius extensio, aut in-
 finitas: imò ubiq; tota est, vbicunq; est.
 Multò igitur minus est cogitandum, hu-
 manam in Christo naturam, ita extremi-
 tati cuidam τῆς θεότης adherere: vt An-
 tuerpia in Germania quædam est, sed littori
 Oceani tantū adiacet: nō toti Germani-
 æ. Quamobrē ridicula, ἡ οὐράλιου Ver-
 mylij Martyris similitudo est: qui scribe-
 re ausus fuit: carnem sic Verbo vnitam
 esse, quemadmodum gemma in pala, an-
 nulo aureo. Eius farinae sunt reliquæ
 illius insulsæ, impicq; dissimilitudines.
 Etenim istæ fanaticæ speculationes, pro-
 pè de-

pè delirarum anicularum, nihil aliud
 sonant: quàm localem, circumscriptamq;
 duarum naturarum, in Christo, presen-
 tiam: quæ non est $\Phi\upsilon\sigma\iota\kappa\eta\ \epsilon\upsilon\omega\sigma\iota\varsigma$, sed $\upsilon\pi\epsilon\rho\ \Phi\upsilon\sigma\iota\kappa\eta\ \theta\epsilon\acute{\iota}\alpha$, & $\epsilon\pi\ \epsilon\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon$: ac ppte-
 rea est $\acute{\alpha}\rho\theta\eta\tau\omicron\upsilon$: quæ ne cogitari quidẽ,
 in hac vita, potest, nedum verbis à quo-
 quam Angelorum, aut hominum efferi.
 Itaq; nec Pauli hæc sententia, IN IPSO
 habitat plenitudo Diuinitatis corporali-
 ter, intelligi debet $\pi\epsilon\rho\ \gamma\epsilon\acute{\alpha}\tau\eta\omega\varsigma$, & loca-
 liter: cum sua natura, nullis terminis, &
 finibus circumscribatur. Sed de hac quæ-
 stione, $\epsilon\upsilon\ \omega\ \alpha\phi\omicron\delta\omega$, satis. Restant quedã
 aliæ diuisiones $\xi\ \epsilon\chi\epsilon\upsilon$. Quæcunq; enim
 huius loci sunt: ea vel ab arte proficiſcun-
 tur: aut à fortuna, seu casu oriuntur, &
 existunt: vel producuntur à natura. Ar-
 tis, & $\tau\omicron\chi\eta\varsigma$ sunt: vestitum esse, ornatũ,
 armatum, atq; instructum esse. Ad fortu-
 nam, & casum, seu $\tau\omicron\chi\eta\omega$, pertinet, $\tau\alpha$
 $\kappa\acute{\iota}\eta\mu\alpha\tau\alpha$, possessiones: cuiusmodi est $\omicron\upsilon\kappa\iota\alpha\varsigma$
 $\epsilon\chi\epsilon\upsilon\ \epsilon\iota\varsigma\ \Phi\alpha\gamma\epsilon\iota\upsilon$, $\epsilon\ \pi\iota\epsilon\iota\upsilon$: aut $\sigma\epsilon\eta\theta\omicron\delta\varsigma$ ho-

rum,

rum, ἄν' ἔχειν, non habere vel domum, vel quod quis edat, aut bibat. qui sanè modus ἔχειν est ἀλλοτριώταις. Quem admodum is: quo dicitur quispiam habere attritas vestes, humilem casam, aut ruinofam domum, malum vicinum, multos inimicos, nullos amicos, Xantippen, aut eius similem, vt Socrates, & Aristoteles habuerunt. Huius loci sunt etiam: aspersum esse puluere, sordibus, aqua, sanguine, & alijs rebus generis eiusdem. Iam, natura cum homines, tum bestias suis integumentis quasi protexit. Homini crines, barbam, & similia attribuit. Inanimata etiam res, nulloq; sensu prædita, suum quempiam habitum, atq; ornatum habent, vt parietes, pavimenta, & mensæ. Est & alia diuisio: quòd quædam sunt ἀπρόβλητα, quæ abijci facile possunt: quædam ἀναπρόβλητα, vel δύσπρόβλητα: quæ difficulter, aut omnino auelli non possunt.

Vsus huius loci,

1. Προβληματικός.

Quæstiones Generis.

*Vtrum linea, aut alia sacerdotis mis-
 sificantis veste indutum esse, sit esse ve-
 stitum, an verò ornatum? Item, an un-
 ctum, rasumq̄ esse, sit habere, nec ne? Sit
 ne is sacrificus, dicendus esse tectus, aut
 vestitus: qui gestat pileum quatuor an-
 gulis præditum? quo Iesuitarum hypo-
 critica fex, & alij quidam sacrifici, suum
 probum, ac dedecus TEGERE se pu-
 tant. Item, An sit ornatum esse, torquem,
 aureumvè annulum, & coronã gestare?
 Sit ne habere, accipere manu panem, &
 poculum? Num ἐξ ἄν dicatur de poculo,
 in quo est vinum? Et, an panis Eucha-
 ristie, quo exhibetur corpus Domini, di-
 ci possit, corpus Christi habere, cum non
 contineat illud localiter? Item, sit ne ἐ-
 ξ ἄν sanguinem Christi esse in poculo: cū
 non sit mixtus, aut ὡς ἐκ ἀπλῶς coniun-
 ctus vino? Sit ne vestitus, qui barbam, &
 mystacem habet, nec ne? Vtrum ad or-
 natum*

natum pertineat, in cœna Domini esse gladio accinctum, & discissis, diuersicoloribusq; esse caligis amictū, nec ne? Vtrū habere, sit veste indutū esse lacera, attrita: aut cœno, sordibusq; esse aspersum?

Proprij.

Soli ne ministri Ecclesiæ habeant corpus, & sanguinem Christi in manibus: dū hæc pane, & vino manducantibus, & bibentibus dispensant, & erogant? an verò etiam hi (dum accipiunt à ministris) habeant? Et, an soli habeant corpus, & sanguinē Domini, qui in cœna, iuxta institutionem Christi celebrata, à ministris Ecclesiæ sumunt, comedunt, ac bibunt? an verò etiam Sacrifici missificantes, & reponentes in ædícula idolatrica, habeāt, nec ne? Solus ne panis cœnæ habeat corpus Christi, in vero usu, seu manducatione? Et, solum ne poculum Synaxeos habeat, contineatq; sanguinem Christi, nec ne? Solum ne Verbum æterni Patris habeat personaliter vbiq; præsentem humana

nana

nam naturam assumptam, in utero Mariae virginis, ex eiusdem substantia?

Definitionis.

Utrum panem accipere, & poculum, sit habere illa in manu, ad porrigendum his quasi vasis, manducantibus, & bibentibus corpus Domini? An linea veste indutum esse, sit corpus, & reliquum habitum interiore, atq; vsitatum, tegere: quo amictu, à reliquis, sacerdos interno-sci possit, nec ne?

Accidentis.

Ἀπλῶς, ἢ κατὰ σύγκρισιν, simpliciter, & comparatè.

Deceat ne Ecclesiae ministrum, in cœna Domini celebranda, alio esse habitu, quàm sit domi suæ? Et, num eum deceat, esse cum pugione, aut sago? liceat ne barbam alere, barbatumq; esse in dispensandis his tremendis mysterijs: an potius cõueniat, eum esse rasum, & unctum? An liberũ sit, accedere ad mensam Domini, veste puluerulenta, aut sordida, vel etiã

p disse-

dissecta, & ab humeris pendente, non cō-
posita, atq; decente? Et, an deceat commu-
nicaturum, accedere accinctum gladio,
capite tecto, pileo militari? &c. Deceat
ne, ministros Ecclesiæ vestitus diuersico-
lor, caligæ rubræ, cinericiæ, aut fuscæ, pi-
leus acuminatus, quadratus, vel cerule-
us, nec ne?

2. Συλλογιστικός.

Ex hoc etiam loco, quædam depro-
muntur argumenta. Vt primùm ista pro-
babilia: E&C indutus veste lineæ, aut a-
liæ Ecclesiasticæ. Ergo est Pontificius.
Item, cuculla indutus est. Igitur est Mo-
nachus. Barbã non habet tonsam. Ergo
est Lutheranus. Et, Altare peristroma-
tis, stragulaq; veste tectum est, & candela
duæ ardentes appositæ. Ergo Missa ibi ce-
lebratur. Itē, mēsa, vel altari appositæ est
tabula, in qua depicta est cœna Domini,
& passio Christi: crucis etiam Christi si-
gnum ibidem collocatum est. Igitur tem-
plum

plum ibi est Papisticum, Vera sunt illa:
 Vinctus, & rasus est. Est igitur caracte-
 re insignitus, atq; notatus Antichristi,
 vel Pontificis Romani. Item, habet in
 manibus panem, vel hostiam, quam ele-
 uat, monstratq; populo: cui tamen de ea
 nihil dat. Est ergo sacrificus, & missifi-
 cator. Et, habet tantum panem, & vinū,
 in sua concœnatione: quæ dat alijs, vt
 Christi absentis recordentur. Ergo est
 Sacramentarius, & Entusiasta. Hæc
 sunt ἐναγυκῆα: Panis cœnæ Dominicæ
 habet corpus Christi, & vinum habet
 sanguinem Christi. Ergo in cœna editur,
 & bibitur corpus, & sanguis Domini.
 Item, ὁ λόγος habet vbiq; secum assum-
 ptam naturam humanam. Verbum enim
 non est extra suam carnem. Quamobrem
 natura humana est vbiq;.

Hactenus, vt arbitramur, ostendimus
 diuersos vsus decem rerum communium
 locorum, apud Dialecticos: ad quos vtri-
 liter referri possunt, non solum Φυσικά,

Ἐ λογικὰ προposita: verum etiã ἠθικὰ:
 ac proinde θεολογικά. Id quod studiosi,
 propter quos hunc laborem suscepimus,
 facile intelligent ex hoc de caena Domi-
 nica exemplo. Cuius quaestionis fermè o-
 mnia capita attigimus: quicquid etiam
 in nouo testamento scriptum est Ἐ περὶ τῆς
 κεννατικῆς δείπνου: id omne ad ista κεφά-
 λαλαῖα καθόλου, bona fide, sic retulimus:
 vt praetermissum nihil esse videatur.

Caput LXI.

REstant adhuc genera rerum, Ἐ ver-
 borum: quae ad nullum attributum
 reduci possunt: vt τὰ πεπλασμένα, τὰ
 πολύσημα, τὰ συσσημαινόμενα, καὶ τὰ
 ἀκλιτα μόρια τῆς λόγου.

1. Τὰ κατὰ συμπλοκλήν.

Verba coniuncta, quae pronunciatum
 efficiunt: in nullo, nisi dissoluantur, sunt
 praedicamento. Vt, ἐσθίωντων δὲ αὐτῶν,
 vescentibus eis, scilicet Christo, Ἐ eius
 discipulis. Et si enim sit παρασύμβαμα,
 vt οἷα =

ut oratio adhuc p̄deat, neq; sic absoluta: designat enim hic casus & παρεκλήθην, consequentiam: tamen resolui potest, in hanc propositionem: Iesus, & discipuli eius edebant, vel cœnabant: quam πρὸτασιν ad nullam possumus categoriã referre. Itaq; κατ' ἀνάλυσιν, dissolui debet, εἰς τὸ ἄνδ' συμπλοκῆς, seu pronunciati partes, quæ sunt τὸ ὑποκείμενον, & τὸ κατηγορούμενον. Iesus enim est prima substantia, seu κυριώτατη ὑπόστασις: Discipuli hic accipiuntur non pro persona, quæ est τὸ πρὸς τι: sed pro prima substantia, seu individuo. Prædicatum est τοῦ ποιεῖν. Nam edere est agere aliquid. Ita πρὸτάσθις illæ, Hoc est corpus meū: Hoc est sanguis meus: ad nullum attributum per se, nisi in partes solvantur, reduci possunt: subiectum est δὲ κλικόν: & propterea individua substantia. Demonstrat enim Christus panem hunc, qui est ἄτομον. De copula, quæ dicitur συγκατηγορούμενον, EST, postea dicturi sumus. præ-

dicatum corpus meum, constat esse ἑστὶαν
 πρῶτον: quemadmodum δὲ τρεῖς est
 corpus non Christi, aut alterius, sed unius
 cuiusq; naturæ. Eadem alterius propo-
 sitionis est ratio: poculum enim, vel sub-
 stantiæ prima est, vel nomen est relati-
 uum: sanguis Christi inter primas sub-
 stantias reperitur.

2. Τὰ πεπλασμένα, ἤγουν τὰ
 μὴ ὄντα.

Quæcunq; finguntur à Poëtis, aut So-
 phistis, nullum locum habent in pradi-
 camentis: propterea quòd non sunt in re-
 rum natura. Itaq; ut Tragelaphus, sic
 cælum Empyreum monachorum, & di-
 pnosophistarū, in nulla classe reperitur.
 Ergo commentitia iscorum fides, quæ
 sit habitus actuosus, omnia potens, ideoq;
 præsentans, & ascendens in cælum illud
 excogitatum, sine verbo Dei, cæteraq; eo-
 rum fragmenta, & portenta, quia non sunt
 in rerum natura, reiiciuntur non ab arte
 tantum differendi, & ab ipsis Dialecticis
 respu-

respuuntur: sed etiam reiiciuntur, atq;
exploduntur à veris Theologis.

3. Τὰ πολύσημα.

Quicquid ambiguum est: id, antequàm
est distinctum, non recipitur ab artifici-
bus. Vt in hac causa, mysterium, sacra-
mentum, signum, quæ πολύσημα, καὶ ὁ-
μώνυμα sunt. Nam Sacramentarij, per
μυστήριον, intelligunt, non arcanam rem,
aut actionem cœlestem, rationi humanæ
imperuestigabilem, & inscrutibilem: cu-
iusmodi est prædicatio Euangelij de Chri-
sto, baptismus, & cœna Domini, seu man-
ducatio corporis, & potus sanguinis Chri-
sti: quæ summum, & inenarrabile est my-
sterium, absconditum rationi cœcæ: & la-
tens incredulos Zuinglianos, & Calui-
nistas: sed mysterij vocabulum transfe-
runt ad fidei, si credere fas est, contem-
plationem: qua arcana Spiritus virtute
mentes nostras subuehimus sursum: &
Christus virtute spiritus sui, seu vigore
sue carnis, ad nos vsq; descendit, & illa-

bitur in nostra corda : vt Eristicus deli-
 rat. Eodem modo, ludunt Vranoplaſta in
 voce Sacramentum : quod eſſe dicunt ſi-
 gnum rei abſentis, aut vbi magnificè lo-
 quuntur, ſacrum eſſe ſymbolum garrūt:
 quo res ſacra, verum corpus, & ſanguis
 Chriſti, imò totus Chriſtus, Deus, & ho-
 mo ſignificatur: quod ſignum nos à rebus
 corruptibilibus, atque terrenis, tanquam
 rudimentis, ſurſum ad ſupercœleſtia qua-
 ſi manu ducat: vbi Chriſtus eſt, ad dexte-
 ram patris, viuificam ſuæ carnis vim,
 omnipotentia ſpiritus ſancti in nos, qui
 in terris verſamur, deſtillans, atq; trans-
 fundens. Sed hæc ſunt commenta, ampul-
 læ, vanidæ, inquam, bullæ, & portenta
 ſeſquipedalium verborum. Rectè igitur
 iſta τῆς ἀληθείας, & ἀνομιῶν ſpirituum ver-
 tiginis, atq; erroris damnantur. Nuſquā
 enim in ſacris literis hæc reperiūtur. Eo-
 dem modo, blaterant de ſignis, & ſymbo-
 lis: quæ ſignificatiua, non exhibitiva eſ-
 ſe nugantur. Cum igitur iſta, non tam
 ficta,

ficta, quàm ambigua sint: minimè recipiuntur à Dialecticis: multò minus à Theologis orthodoxis. Explodendæ magis sunt istorum nugæ, seu neniæ: qui ea verba, quæ nunquam in Ecclesia, & apud pios, syncerosq; Christianos, ancipitem habuerunt potestatem, reddunt, exponendo tropicè, ambigua. Alijs enim Hoc, non panem monstrat, sed Christum accumbentem: ab alijs, τὸ πρῶτον ἀληγορεύειν EST, non τὸ ἀπὸ κλιμαῶν, sed significatiuè, aut sacramentaliter accipitur. Hoc est, scilicet sacramentaliter, seu signotenus, quatenus appellatur tantū corpus Christi, non autem corpus Christi est: vt Beza nugatur. Sunt qui corpus per figuram, aut corpus sacramentale, seu panem exponunt: vel etiam per virtutem, & corporis, seu carnis Christi vigorem. Quidā verbum edere, & bibere, torquent ambiguitate: vt nihil aliud sit, quàm credere. Ex quibus perspicuum est: quomodo sibi isti consent sophistæ: qui non docent alios

bis ambiguis verbis: sed se, & alios decipiunt, atq; in errorem deducunt: vt Aristoteles inquit: οἱ τῆς τ' ὀνομάτων δυνάμεως ἀπῆροι, παραλογίζονται, καὶ αὐτοὶ ἀγλεγοῦντοί, Ἐἄλλων ἀκρίβητες.

4. Τὰ συσσημανόμματα, καὶ συγκατηγορέμματα, consignificatiua, & adpraedicata, seu copulae.

Talia videntur posse referri ad hos ordines: ac considerari simul possunt: vt omnis, quicumq;, & similes προσδιορισμοὶ: item τὸ πρῶτον κατηγορέμματον, Sum, es, est. Itaq; nos cum substantijs, & quantitate, ista numerauimus: ibiq;, vt putamus, rectè perpendimus: tametsi propriè ad illos ordines non redigi possint.

Caput LXII.

5. Τὰ μόρια ἀκλίτα.

Restant particulae, quae flecti non possunt. Nam neq; illae habent locum in praedicamentis. Vt sunt, aduerbia, praepositiones, & cōiunctiones. quarum subijcimus

mus, ex hac translatione, exempla.

ΤΑ ΕΠΙΡΡΗΜΑΤΑ.

Πρῶτον, *primum*.

Πρῶτον μὲν γὰρ σπυρεχομένων ὑμῶν.

Ὅσάκις, *quotiescunq;*.

Ὅσάκις γὰρ ἂν ἐοδίητε.

Ὅσάκις ἂν πίνητε.

Ἄχρις, *donec*.

Ἄχρις ἢ ἂν ἔλθῃ.

Ἀναξίως, *indignè*.

Ὡς ἂν ἐοδίῃ τ' ἄρτον τῆτον, ἢ ἀναξίως.

Ὁ γὰρ ἐοδίων, ἢ πίνων ἀναξίως.

Ὡσαύτως, *similiter*.

Ὡσαύτως, ἢ τὸ ποτήριον.

Ὡς, *ut*.

Ὡς φρονίμοις λέγω.

Οὕτως, *sic*.

Καὶ ἕτως ὡς τῆ ἀργυρίου ἐοδιέτω.

Ἄν.

Ὅσάκις γὰρ ἂν ἐοδίητε.

Ἄχρις ἢ ἂν ἔλθῃ.

Ὅσάκις ἂν πίνητε.

Ωσε ὅς αὐ ἐοδίη.

Οὐκ αὐ ἐκρινόμεθα.

Μη, non, ne.

Μη διακρίνων τὸ σῶμα τῷ κυρίου.

Ἰνα μη σὺ τῷ κόσμῳ κῆ κερθῶμεν.

Ἰνα μη εἰς κρίμα σπέρχησθε.

Μη γὰρ οἰκίας σὺν ἔχετε;

Καὶ καταλιχίετε σὺν μη ἔχοντες.

Οὐκ, Non.

Οὐκ αὐ ἐκρινόμεθα.

Τοῦτο δὲ παραγελλων, σὺν ἐπαγνώ.

Οπ σὺν εἰς τὸ κρείττον σπέρχησθε.

Οὐκ ἐστὶ κερμακὸν δαῖπνον φαγεῖν.

Μη γὰρ οἰκίας σὺν ἔχετε;

Οὐχι, Nonne, nunquid, an nō?

Τὸ πόσημον τὸ δολογίας, ἔχι κρινωνία τῷ
αἵματι τῷ κυρίου ἐστίν;

Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, ἔχι κρινωνία τοῦ
σώματος τῷ κυρίου ἐστίν;

Οὐχι ἐοδίοντες τὰς ψυχάς, κρινωνοὶ τοῦ
ψυχαστηρίου εἰσίν;

Ἀλλὰ, sed.

Οπ σὺν εἰς τὸ κρείττον, ἀλλὰ εἰς τὸ ἥττον
σπέρχησθε.

ΣΥΝΔΕΣΜΟΙ.

Καὶ, Εἰ.

Καὶ λαβὼν ἄρτον.

Καὶ βλογήσας.

Καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς.

Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς.

Καὶ εἶπε. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς.

Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον.

Καὶ βλαφήσας.

Καὶ ἔπον ἐξ αὐτῶ πάντες.

Ὁ καὶ παρέδωκε ὑμῖν.

Ενοχ \odot ἐστὶ ξ σώματι \odot , καὶ ξ αἵματος

τῷ κυρίου.

Καὶ ἔτως ἐκ τῷ ἄρτου ἐδίδετο, καὶ ἐκ τοῦ

ποτηρίου πνέτω.

Ὁ γὰρ ἐδίδου, καὶ τῶν ἀναξίως: κρῖμα

αὐτῶ ἐδίδε, καὶ τῶν.

Διὰ τῆτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀδελφεῖς, καὶ

ἀρρώστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί.

Καὶ μέρι \odot πιπιδώ.

Δεῖ γὰρ αἰρέσει ἐν ὑμῖν ἵνα ἀρχεν.

Καὶ ὅσ μὲν πᾶν, ὅσ δὲ μεθύς.

Ἡτ' ἐκκλησίας τῷ θεοῦ παρεφρονεῖτε;

καὶ κα-

590. ALIENA A' PRAE-
κη καλαιχμύετε σὺ μὴ ἔχοντας;
MEN, & ΔΕ.

Πρῶτον μὲν γὰρ σπερχομένων ὑμῶν.
Καὶ ὅς μὲν πῆναι: ὅσδε μεθύει.
Εοδιόντων δὲ αὐτῶν.

Δοκιμαζέτω δὲ ἀνθρώπων ἑαυτῶν.
Κελεύμενοι ἵ, ἐπὶ κυρίου περὶ δόμους.
Τούτῳ παραγγέλλων, ὅτι ἐπιμῶν.

Γὰρ, Nam, Etenim.

Τούτῳ γὰρ ἐστὶ τὸ αἶμά μου.
Εγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου.
Ὅσακις γὰρ ἀν' ἐοδίητε.
Ὁ γὰρ ἐοδίων, ἢ πίνων ἀναξίως.
Εἰ γὰρ ἑαυτῶν διεκρίνομεν.

Πρῶτον μὲν γὰρ σπερχομένων ὑμῶν.
Δεῖ γὰρ καὶ αἰρέσεως ἐν ὑμῖν εἶναι.
Ἐκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον ἀπολαμβάνει.
Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτους μετέχου
(μεν.

Οπ, Quod.

Οπ ὁ κύριος ἔλαβον ἄρτον.
Οπ ὅτι εἰς τὸ κρεῖττον σπερχησθε.
Οπ εἰς ἄρτον, ἐν σώμα οἱ πολλοὶ ἐσμεν.

Iva, Vi.

Iva

Ἰνα μὴ σὺ τῷ κόσμῳ κτληθῶμεν.

Ἰνα μὴ εἰς κρῖμα σωερχηθε.

Ἰνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γέγονται ἐν ὑμῖν.

Οὐὼ, Igitur.

Σωερχομένων οὐὼ ὑμῶν ὅτι τὸ αὐτό.

Διότι, Quapropter.

Διότι φέρετε ἀπο τῆ εἰδωλολατρείας.

Ωσε, Quare.

Ωσε ὅς ἂν ἐσθίη, ἢ πίνη.

Ωσε ἀδελφοί μου, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε.

Η, Aut, an, num.

Ἡ τῆ ἐκκλησίας παραφρονεῖται;

Εἰ, Si.

Εἰ γὰρ ἐαυτῶν διεκρίνομεν.

ΑΙ ΠΡΟΘΕΣΕΙΣ.

Εν, Propter, In.

Εν τῷ αἵματί μου.

Εν τῷ ἐμῷ αἵματι.

Εν τούτῳ ὅσιν ἐπαγνῶ. In his causam si-
gnificat: in illis autem, locum.

Ακούω χίμαρα ἐν ὑμῖν ἵνα ἄρχειν.

Δεῖ γὰρ καὶ αἰρέσεως ἐν ὑμῖν εἶναι.

Ἰνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γέγονται ἐν ὑμῖν.

Διὰ

592. ALIENA A' PRAE-

Διὰ τῆς, ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀδελφεῖς.
Συμπερχομένων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.
Ἐν οἴκῳ ἐοδιέτω.

Tempus.

Ἐν τῇ νυκτί, ἢ παρεδίδοτε.

Ἐκαστος γὰρ ἰδίον δαῖπνον καταλαμβάνει
ἐν τῷ φαγεῖν.

Simul, Cum.

Ἴνα μὴ σὺ τὸ κόσμῳ κτκροθῶμεν.

Ex, Ex.

Ἐκ τοῦ ἐνός ἄρτος παῖτες μετέχομεν.
Καὶ οὕτω ἐκ τῆς ἄρτου ἐοδιέτω, Ἐ ἐκ τῆς
ποτηρίου πινέτω.

Eis, In.

Εἰς ἁφροσιν ἀμαρτιῶν.

Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Μὴ γὰρ οἰκίας ὅσα ἔχετε, εἰς τὸ ἐοδίειν, καὶ
πίνειν;

Συμπερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν.

Ἴνα μὴ εἰς κρῖμα συμπερχῆσθε.

Ὅτι ἐκ εἰς κρείττον, ἀλλὰ εἰς τὸ ἥπλιον συμπερχῆσθε.

Διὰ, Propter.

Διὰ

Διὰ τοῦτο ἐκ ὑμῶν πολλοὶ ἀδελφεοί.

Κατὰ, *luxta, secundum.*

Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα.

Μετὰ, *Post.*

Μετὰ τὸ δειπῆσαι.

Ἐπι, *In.*

Συμμερχομένων οὐδ' ὑμῶν Ἰπὶ τὸ αὐτό.

Περι, *pro.*

Τὸ ὡς πολλῶν ἐκχωρόμενον.

Ἀπὸ, *à, ab.*

Παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου.

Διόπερ φύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρίας.

ὑπὸ, *à.*

ὑπὸ κυρίου πεδύομεθα.

ὑπὲρ, *pro.*

Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, ἢ κλώμενον.

Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχωρόμενον, ἢ ἡγοῦν, τὸ
ὡς ἡελον.

Caput LXIII.

ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΣ ΚΑΤΗΓΟ-

ρίας: quæ post summa rerum

genera solent explicari.

q

Possunt

Possunt & ea hoc in loco vtiliter con-
siderari: quae à Dialecticis, ἐν τῇ τῶν
μὲν κατηγορίας πραγματεία, solent
explicari. vt sunt motus, κίνησις: prius,
τὸ πρότερον: & simul, τὸ ἅμα. Diximus
enim de modis ἔχειν: de contrarijs au-
tem in topicis differetur.

DE MOTV.

Eius ge- nera quae dam sunt τῆς	Οὐσίας,	Γένεσις, ortus.
		Φθορὰ, interitus.
	Ποσό- τη, &	Αὐξήσις, incremē- tum.
		Μείωσις, imminu- tio.
	Ποιότητος,	Ἀλλοίωσις, commu- tatio.
Ποσότητος, Ἡ κατὰ τόπον με- τέποιότη- τ.	παβολή, ἢ Φθορὰ, mutatio loci.	

Γένεσιν, secutus Ciceronem, conuertit
Augustinus Ortum. Fit autem, vt idem
scribit.

scribit, ex non subiecto, in subiectum. Cō-
 trā, Φθορὰ, interitus ex subiecto, fit in nō
 subiectum. Αὐξήσις est magnitudinis, aut
 numeri incrementum : quemadmodum
 μείωσις, eorundem est diminutio, seu de-
 crementum. Ac de loci commutatione su-
 pra diximus. Ἀλλοίωσις nullum vsum ha-
 bet in hac controuersia. Itaq; illud tantū
 obseruent, in presentia studiosi, de Ortu,
 & Interitu : quòd, etsi panis fit corpus
 Christi, verbo instituentis: tamen non ita
 fit: vt ex non subiecto, fiat subiectum, seu
 ex re nulla res aliqua. Etenim panis, &
 vinum, ante vsum cœnæ esse potest: Chri-
 stus etiam est, suo corpore, & sanguine, e-
 xtrā ἐνώσι, & κοινωσίαν. Quamobrem
 vtrunq; ὑποκείμενον est: ideoq; neq; tum
 eodem actu, & ortu fit, aut existit vel pa-
 nis, & vinum, vel corpus, & sanguis Chri-
 sti. Sed tamen fit ex vulgari pane, & vi-
 no communi, non ἀλλοιώσι, aut μετου-
 σίωσι, conuersione, aut transsubstantia-
 tione, sed μυστικῇ ἐνώσι, vnione, atq; co-
 9 2 pula-

pulatione sacramentali, panis sacer, & vinum sanctificatum, panis inquam Domini, & poculum Domini. Unde cœna dicitur propterea Dominica: non à symbolis, vt symbolica nominetur: sed à Domino, $\kappa\upsilon\epsilon\lambda\alpha\kappa\acute{o}\nu\ \delta\epsilon\iota\pi\tau\omicron\nu\omicron\nu$. Hanc panis, viniq; accessoriam, aduentitiamq; conditionem: vt corpus, & sanguis Christi non solum esse dicantur, sed etiam sint, propter admirandam copulationem, Veteres $\mu\epsilon\tau\alpha\beta\omicron\lambda\omega$, mutationem vocarunt quidem: sed non conuersionem: quæ fiat signorum $\Phi\theta\omicron\gamma\acute{\alpha}$, interitu, atq; annihilatione, antequam sumpta absumuntur. Vt enim in corpus, & sanguinem Christi nulla cadit $\Phi\theta\omicron\gamma\acute{\alpha}$: sic elementa corruptioni sunt obnoxia: quæ fit ex subiecto, in non subiectum: quemadmodum Augustinus loquitur. Iam $\alpha\delta\delta\omicron\iota\omega\sigma\iota\varsigma$ illa Papistarum falsissima est: qui sic mutari panem, & vinum, in Christi corpus, & sanguinem finxerunt: vt intereant illa, antequam sumantur: maneat tantum illorum accidentia: color.

lor, figura, & sapor. Quod si verum est, accidit profecto Christi corpori, & sanguini alteratio physica: panis, & vini color albus, & sapor, rotundaq; figura, & huiusmodi qualitates: quæ sensus afficiunt: & à sensibus iudicatur. Sed hoc longe absurdissimum est. Primum enim falsum est: accidentia sentiri absq; subiecto: cum vix cogitari illa possint abstracta à sua materia. Deinde & illud falsum est: Christi corpus, & sanguinem, licet præsentissima sint, percipi sensu: tametsi organis sensuum illa sumantur, labijs, ore, atq; lingua: vt Sancti Patres scribunt. Et Christus inquit, Hoc, quod ore sumitis, seu comeditis, & bibit is, est meum corpus, & meus sanguis. Præterea nulla est hic imaginanda corporis Christi, & eius sanguinis, vel αὐθις, vel μεῖωσις. Non enim vel magnitudine, vel numero crescit, & augetur Christus: sed vnus, idemq; à singulis totus sumitur: qui natus est ex virgine: nec sumptus Christus ab-

sumitur: itaq; sumit vnus, sumunt mille.
 & millies mille: idem tamē, vnusq; Chri-
 stus est, qui sumitur: nec deficit, etiamsi à
 pluribus, in vbiq; terrarum sparsa suma-
 tur Ecclesia. Ac proinde μείωσις nulla
 est in cœnæ sumptione.

Caput LXIII.

DE MODIS PRIORIS, ET SIMVL.

Prius, & posterius quinq; modis di-
 cuntur:

Τῷ χρόνῳ, tempore.

Τῇ φύσει, natura.

Τῇ τάξει, ordine.

Τῇ ἀξίᾳ, dignitate, honore, atque
 præstantia.

Τῇ αἰτίᾳ, causa.

Quaquam autem panis, & corpus
 Christi, vinum, & sanguis Christi, in cœ-
 na, simul sunt: propter ἐνωσιν μυστικὴν:
 tamen extra hoc alterum genus rerum,
 quod est cœleste, prius, πρότερον est: alte-
 rum

rum, quod est terrenum ὕστερον, posterius.
 primum tempore. Fuit enim πρῶτος
 εὐαγγελιστὴς, ætate, & tempore Christus symbolis.
 Quemadmodum diuina in Christo natu-
 ra humanitate est prior. Deinde Φύσις
 sumptio prior est cæna, & cæna prior est
 cæna Dominica. In his enim illud σο-
 χεῖον locum habet: ἀφ' οὗ μὴ ἀντιστρέφει
 ἢ τῶν εἰναι ἀκατάσθησις. à quo enim non
 com meat retrorsus natura ipsius rei con-
 secutio: illud prius est. Verbi gratia, ἢ ἀκα-
 τήσθησις τῶν εἰναι. Omnis cæna est sum-
 ptio. Subiecta res est cæna: attributum
 est sumptio. Sed ab hoc attributo, ut fiat
 subiectum, ὅτι ἀντιστρέφει ἢ ἀκατάσθησις.
 Non enim omnis sumptio est cæna, quam
 obrem sumptio est cæna antiquior. De-
 inde ordine, & collocatione prior est re-
 citatio verborum institutionis ipsa com-
 municatione: substantia cænae, fructu, di-
 stributio panis, poculi dispensatione: quan-
 quam Christi corporis, & sanguinis par-
 ticipatio nec tempore, nec loco est direm-

pta. Præterea τῆ ἀξία, καὶ τιμῆ corpus, & sanguis Christi infinitis modis est panis, & vino præstantior, & antiquior. Postremò causa, τῆ αἰτίας, prior est Christus sua cœna, quam ipse instituit. Materia, & forma, & finis ipso fructu, seu effectu.

De simul. Superiori loco ille est contrarius, qui dicitur ἅμα, simul. cuius verbi potestates sunt tres. Nam primùm aliqua dicuntur esse simul ἀπὸ τῶν, καὶ κινεῖσθαι, omnino, & propriissimè. Deinde quædam simul sunt τῆ φύσεως, natura. Postremò sunt quædam non τῆ φύσεως, quàm diuisione, διακρίσεως simul. Primus modus est ἑτερόχρονος: cum dicimus res aliquas simul esse tempore. Est ἡ hic modus tripartitus. Nam quædam simul sunt vel γενέσεως, ortu: vel ἡλικίας, ætate: vel ἐπιπέσεως, actu. Ortus simul extiterunt, ac fuerunt omnes Angeli: qui eodem temporis momento sunt à Deo conditi: non alius post alium. quemadmodum Adam ortu, seu ἡλικίας prior fuit sua Eva. Ætate simul sunt, qui dicuntur

σύγχρονος

ὁμοῦτοι: ut qui eodem vixerunt tem-
 pore. Vt Christus, & Petrus Apostolus:
 Maximilianus Secundus Imperator: &
 Christophorus Dux Vuirtembergensis,
 & Teccēsis, Comes Montispeligardi, etc.
 Martinus Lutherus, Ioannes Brentius,
 Valentinus Varnius, Philippus Melan-
 thon, Erasmus Roterodamus, & Ioannes
 Sturmius. Actu, seu ἐνεργείᾳ, simul sunt
 panis, & corpus Christi: vinum, & san-
 guis Christi, in cœna Dominica, simul
 sunt. Iuxta illud: Hoc est corpus meum:
 Hoc est sanguis meus. Itaq; formula
 confessionis Augustanæ, eiusq; Apologia,
 quæ Principum nomine oblata est Caro-
 lo Quinto Imperatori, anno 1530. ortho-
 doxe, ac verè sentit: quòd in cœna Domi-
 ni CUM pane, & vino, adsint corpus, &
 sanguis Christi: & quòd CUM his ipsis
 rebus, quæ videntur, distribuantur ve-
 scentibus. Ex quo perspicuum est: quædã
 etiam simul esse τὸ τῶ, loco. Vt hæc
 ipsa: panis, & corpus Christi: vinum, &

602. CONCLUSIO.

Sanguis Christi, simul sunt. corpus Christi, vnà cum pane: sanguis Christi, vnà cū vino est in cœna Domini: quæ non celebratur in cœlo Empyreo, aut fictitio: sed hîc in terris, in quibus est Ecclesia: cui sacramenta sunt tradita. In manducatione inquam, & potu, adest Christus: nec tamen adest localiter. Sic ab æterno Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus simul fuerunt, & simul sunt ὁμοῦσσοι ὁμοῦσσοι, & μία θεότης: Pater æternus, Filius, & Spiritus Sanctus coæterni, ὁμοῦσσοι. Nam vt ab æterno Filius à Patre genitus est: ita ab æterno Spiritus Sanctus à Patre procedit, & à Filio mittitur, vel procedit. Nihil enim in Personis Diuinitatis prius, aut posterius cogitari debet. Qui Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus laudatus sit in omnem æternitatem,

AMEN.

FINIS.


LOCORVM QVORVN-
DAM CASTIGATIO.


Pagina u. versu 18. lege transfude-
rit. pag. 13. vers. u. σίμων. pag. 15. ver.
8. sed etiam verum. pag. 38. vers. 9. ap-
posita. pag. 48. vers. 5. eiusq; fructus, ἢ
ἀμπελῶν, κ. pag. 59. sub finem lege, In
cætu. pag. 63. vers. 7. ὑπερῦψως.
pag. 73. vers. 8. μουσικόν. pa. 75. ver. u.
potus, qui est. pag. 82. vers. 8. redundat
hæc: mortis Christi. pag. 83. vers. 8. cæ-
lū ascendere. pag. 90. vers. 4. an εἰδο-
ποιός. pag. 91. vers. 15. rapta ex corpore.
pag. 97. vers. 19. concoquitur. pag. 98.
vers. 20. πρὸς π.) pag. 104. vers. 7. re-
conciliationē. pa. 107. vers. 18. vt συνεκ-
δοχικῆ. pag. 108. vers. 1. demonstro, ver-
su 3. ἐχάπλωσ, κ. σὺν ἀνάρθρωσ. pag.
113. vers. 14. transsubstantiantur. pag.
116. vers. 9. causa est. pag. 120. vers. 6.
adhibentur. pag. 124. vers. 13. τὰ συγ-
κατηγορούμενα, versu 14. pro consignifi-
cativa, lege, copulæ, vel EST tertij adie-
cti. pag. 133. vers. u. quos adduxit locis.


CORRECTIO.


135. 22. Nam iuxta illos. p. 136. vers. 16.
 Fuit ne igitur. pa. 140. vers. 12. ἀποθα-
 νόμενοι. 141. 8. ἀσιωήθη. 162. 11. ὑπικῶς.
 173. 6. πολλαπλασίως: & versu 12. de-
 le, eius. 174. 16. ubiq; presentis 175. 7.
 relata, versu 9. λεπτότατα. 11. Διὰ τὴν γῆν.
 13. quantitate. pag. 200. 20. vrbe. 201.
 vers. 1. exemplum. pa. 18. receptaculum.
 pag. 208. 4. quando bis pag. 209. 13.
 metiatur, atq; comprehendat pa. 210. 17.
 βρώσις. pag. 21. adde, Alia enim horū
 ratio est. pag. 219. 20. spiritualis man-
 ducationis. pag. 240. 14. particulis fa-
 ctis. 257. non tamen sumuntur. 263. 5.
 His enim. 265. Vt sunt ea, quæ continēt.
 4. θεώπνευσος p. 274. per pœnitentiam.
 p. 301. vt nec altaria, nec templa. p. 305.
 18. non sola fide. 317. 20. quidem. 322. 14.
 ἰστέρι ψώσῃ. 323. 5. ὑπήκοοι. 327. 20.
 vniuscuiusq; rei propriae. 331. 15. ὁμοίου.
 & 21. petra profluentis. 452. in mar-
 gine. Sed in eo conspiciatur. 502.
 4. & ignominiosissima.


Τῷ Θεῷ δόξα.











2 p. 63

8
ceno fia. r in uespe calida pua
ta sudores efficacissime puocat.
S; caueat nimis uisus ei ppter de
siccatione nimiam pectoris. In hy
eme plus coepit ista decoctio q
estate. r h; ppe excessu calozis.

2
V
VI
decoctione. femelle etia dicitur
ad modu puluerti contē predicta
uitia ualet. Venicositates etia
tollit. r digestionē confortat. Sa
dem facto puluis feminis ei con
tra qsdā adumbratores q; fiunt

loco. sicq; p̄durant in annū. r̄
cū. Ecora. h̄is subcl̄is feminib;.
ex coctur̄. coct̄is inteḡer ap̄tus ē
pot̄bi ad portandū. *De cozāndro*
Cozāndr̄ herba ē calida. *Xvi.*
r̄ sicca r̄ factis conuuis.
cū fem̄en mediane copt̄er. Sim

mares. secuat̄ autē camphora
uallē in armozos. r̄ maxime alaba
str̄. *De ḡimio. Sij. f̄ro.*
ut dicit plac̄ari. calidū est
r̄ siccum. ḡem̄ ei cū d̄m̄ herbe uī
h̄is dissoluendi r̄ consum̄di. con̄t̄
uirtosā digestionē r̄ assiduanam

2458. 59

